


IOANNIS DE CARMONA MEDICI ATQVE PHILOSOPHI, OPPIDI DE LLERENA PERPETVI DECVRIOnis, Tractatus de Peste ac Febribus cum puncticulis Vulgo Tauardillo, Fœliciter incipit.

(⁝)

¶ Ad Sanctissimum ac Appostolicum Tribunale Sanctæ Inquisitionis Oppidi de Llerena.

HISPALI
APVD
Ferdinandum Maldonado
Typpographum.


BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

DON PHELIPPE POR LA gracia de Dios Rey de Castilla, de Leõ de Aragõ, de las dos Scicilias, de Hie usalem, de Portugal, de Nauarra, de Grana la, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Ma lorcas, de Seuilla, de Cerdena, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues le Algezira, de Gibraltar, delas Islas de Cana ia, delas Indias Orientales, y Occidentales, Is as & Tierra Firme, del Mar Oceano. Archi luque de Austria, Duque de Borgoña, Brauan e, y Milã. Cõde de Habspurg, de Elãdes, de Ti ol, & de Barcelona. Señor de Vizcaya, y de Molina. &c. Por quanto por parte de vos el Li enciado Iuan de Carmona Medico vezino dela Villa de Llerena nos à sido fecha relacion dizien o, que vos auiades compuesto y ordenado vn li ro y Tractado de Medicina acerca de la Enfer-medad, que cõmunmente llaman Tauardillo. El ual era muy vtil y prouechoso, para curar dela licha Enfermedad, suplicando nos os diessemos Licencia, para lo poder imprimir, y vender en


estos nuestros Reynos, ò como la nuestra merce
fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Conse
por quanto en el dicho libro se hizo la diligenc
que la Prematica por nos agora nueuamente h
cha dispone. Fue acordado, que deuiamos ma
dar dar esta nuestra Carta para vos en la dich
razon, y nos tuuimos lo por bien. E por la pres
te vos damos Licencia é Facultad, para que p
esta vez podays hazer imprimir el dicho libro
de suso se haze menciō en estos nuestros Reyn
sin por ello incurrir en pena alguna. E mandam
que despues de impresso no se pueda vender,
venda, sin q̃ primero se trayga al nuestro Cons
jo juntamente con el Original, q̃ en el fue vis
que van rubricadas las ojas è firmada al fin de
de Miguel de Ondarca Çauala nuestro Escri
no de Camara de los que residen en el nuestro C
sejo, para que se vea, si la dicha Impreßion e
cōforme al Original, & se tasse el precio porq
se vuiere de vender cada Bolumen, so pena
caer & incurrir en las penas contenidas en la
cha Prematica y Leyes de nuestros Reynos,

o fagades ende al ſo pena dela nueſtra merced, de diez mil marauedis para la nueſtra Cama-a. So la qual mandamos à qualquier nueſtro Eſ-riuano, vos la notifique, y dello de teſtimonio orque nos ſepamos, en como ſe cumple nueſtro andado. Dada en Madrid 21. dias del mes de ullio de 1582. Años.

Antonius Epiſcopus. Don Pedro Portocarrero. El Licenciado Mardones.
El Licenciado Guardiola. El Licenciado Nuñez de Boorques.
El Licenciado don Iuan e C,uaçola.

Yo Miguel de Ondarça C,auala Secretario de amara de ſu Mageſtad la fize eſcreuir por ſu andado, con acuerdo delos de ſu Conſejo.

Registrada. Chanciller
orge de Olaal de Verg. Iorge de Olaal de Verg.





IN HOC SIG

NO VINCES.

A 4

PROLOGVS

AVTHORIS AD CANDIS simum Lectorem.

SI Amor Sapientiæ atq; honesti omni bus iuxta placeret, vt ait Tragicus, a stante Galeno, nulla foret mortalibu contentio ambigua, cæterum cum eo miseriæ de uentum sit his infælicißimis temporibus (vt pa æmia vtamur merito quidem nẽpe τὰν ἀξίραυκᾶ τᾶν Ξοφίαν ὑἶΚαυτιχὲλῶυξι hoc est virtutem ac sapie tiam testudo superat, quando non virtutis, non honesti, non charitatis, sed quæstus gratia Me dicina his temporibus expetitur) sit, vt quam paucißimi Medicinæ, Philosophiæ q; penetrali calleant, ac ex consequenti, mundus impostori bus & circunforaneis vndiq; scateat, siquidem vt ait Galenus, nemo potest & sapientiæ & p cuniæ seruire. Proh dolor, viuitur nunc ex rapt ex impostura, ex mero deniq; mendacio: adeo v & illud Plinij nũc verißimũ sit dicẽtis. Nulli m

gis

gis quam se medicum profitenti statim creditur: cum sit tamen in nullo mendacio periculum maius, negotiantur enim animas nostras: & experimenta per mortes agunt. Vnde fit, vt multi non secus ac ij qui crotalis, cocotis, carbasinis, & bombicinis constrepentes, Deam phrygiam vendita bant: Medicinam per vicos & plateas vendant, ac garrulitate tinula, bombicina veste, fucatisq; manibus annulo deceptorio, miserum vulgus decipiant, atq; corrasa imperitorum pecunia diuites recedant, maximo ægrorum malo, magnorum medicorum nomen adipiscantur ex duorum triumve medicorum nominum acquisitione: ex quo tot hominibus mala. nam summa quidem pernicies est exigua ars in ceruicoso & ardenti homine, qui omnia sibi licere putat, modo aliquot medica nomina in mediũ ducere nouerit. neq; hoc qnidem tantum apud obscuri nominis medicos, verum etiam eos qui se se primi subsellij viros, Hypocratis, Galeni, Auicennæ cæterorumq; grauiũ Medicinæ Authorũ Sectatores prædicant quid,

 quod

quod & hi superstitiosi (ne dicã superciliosi) medici tan pertinaci addicti sint animo ijs quæ Galenus, Hyppocrates, Aristoteles, Auicena, cæteriq; Doctores scripsere, vt non solum rationi, verum etiam sensibus ipsis, tot experimentorum procellis excitatis, fidem detrahant. Quod quidem (Galeno ipso dicente) detestabile est vitium. Satius enim est, eorum quæ sensibus offeruntur, causas inquirere, quam sensibus fidem abrogare. Quamquam si Philosophorum tantum esset error vt pote in angulo sedentium, tolerabile quidem esset. Cæterum (turpe et miserabile dictu) cum medicorum sit, quibus humanæ salutis tutella committitur; maxime impium putarem: si quis ea quæ experimento nouerit, conniuendo, silentio præterierit: quamuis Hippocrati, Galeno, cæterisq;, ex diametro, vt aiunt, oppugnet. Quod vtiq; nõ modo facere non curant: verum etiam si quem nouerint, aduersus veterum aliquem, vel minimum quiddam efferentem: statim conuitijs ac derisionibus illum insectantur. Ita vt Ioanem Argenteriuum,

rium, Pereiram, Hieremiam, aliosq; veridicos medicos sic odio habeant; ac si atrocißimum quid commiſſerint. Quo fit, vt plurimi mordacitatis metu perterriti, obmuteſcant, veritasq;, veluti cimeriȷs ad obruta tenebris, lateat. Quaſi vero Hippocrates, Galenus, cæteriq; Seniores medici, reuelatione diuina ea quæ litteris mandarunt nouerint. ita ſibi eos errare, minime potuiſſe, perſuaſere. At vero haut dubito quin, Deo volẽte, fiat, vt futuris temporibus, aliȷs atq; aliȷs veritatẽ patefacientibus, veritas eluceſcat: diſcuſſo tenebrarũ velamine. Ac ex conſeqnenti, Medicina quæ nũc tot ſcatet ſuperſtitioſis regulis ac præceptis, alia ſit ab ea quæ priſcis temporibus cõdita fuerat. Quãdoquidẽ quis vetat vnumquemq; ea quæ aßidua experientia ſibi nota habeat, litteris mandare? vt uerbi gratia, ſi Lac acutißimis febrib9 laborantibus, fœlicißimo ſucceſu, obtulerit Si cerebri medullã, ſi Suillas Aſſas, modo quantitas non excedat, & iã debilißimis præbuerit, quib9 nec ventriculi cruditas ſecuta eſt: nec crudita

tum

tum aggregatio: nec humorum crudorum genera tio, nec deniq; ea Symptomata quæ Galenus tum libris de alimentorum facultatibus, tum de cibis boni & mali succi, tum etiam pluries alibi dinumerat. Ego vero (si fas est dicere sed fas) hec omnia atq; alia quam plurima sepissime ex- pertus sum, partim casu, partim vero consilio, maximo ægrorum commodo, quæ quidem forte fortuna futuris temporibus conscribam: & in pu blicum edam, Deo volente, non medius fidius con tradicendi studio, à quo maximè sum abhorrens sed veritatis & charitatis ardore flagrans, ne miseris ægrotantibus remedij loco crucem impo nemus. Præterea maximè scire cupio, an verum sit, Febres Cotidianas à Pituita, Tertianas à Bi le Flaua, Quartanas à Bile Attra gigni, quem admodũ Galenus atq; vniuersa medicorum scho la asserit. Adhuc autem an verum sit, medica menta purgantia, vt creditur, attrahant humo res sibi familiares. Aliud videlicet Phlegma, a liud Choleram, aliud deniq; Melancholiam, quã

doquidem & si maximo studio id obseruauerim, experimento comprobare nunquam potui, sed si ita est, vt certe est: asserente Galeno, nullo pacto rationem sed experientiam in medicamentorum purgantium viribus inquirendis, recipiendam: quomodo vice versa rationi nondum firmæ credemus omnino experientia post habita? videant obsecro id benignissimi medici, atq; æquo recipiant, ac iudicent animo. Eaq; quæ vnusquisq; experientia didicerit: litteris mandet: ac posteritati relinquat, non ostentationis sed charitatis, vt Christianos decet, gratia, nec nos pudeat, ea quæ ignoramus, ab alijs discere; nec pæniteat, quæ scimus docere, habentes semper in mẽte Bracteatũ illud diui Basilij dicẽtis μανθάνειν δὲ ἀνεπαισχύντως καὶ διδάσκειν ἀφθόνως κἂν ᾖ τι παρ᾽ ἑτέρου δεδιδαγμένον μὴ ἐπικρύπτειν ὥσπερ αἱ φαῦλαι τῶν γυναικῶν τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι ἀλλ᾽ ἀνακηρύσσειν εὐγνωμόνως τὸν πατέρα τοῦ λόγου *hoc est. Discere vero sine pudore, docere sine inuidia: & si quid ab alio doctum est, non occultare. Quemadmodum improbe mulierum notha sopponentes: sed pronuntiare grate patrem*

sermonis

ſermonis, quare mirum non eſt, ſi in ſermonis noſtri decurſu, aliqua dixero, quæ iјs quæ Galenus atq; alij grauiſsimi Authores ſcripſere, contraria videantur. Siquidem in re tam Seria: malo verum dicendo, odio haberi: quam amicis aſſentando in mendatio deprehendi. Nam vt prouerbio vtar (amicus Plato, ſed magis amica veritas) Quo circa non pecuniæ, non honori, non deniq; ambitioni addictus, ſed tãtũ ſalutis humanæ proſpectui, qui vtiq; adeo mihi ſemper fuit cordi, vt omnia alia, hoc vno dempto, omnino poſt habenda perpetuo decreuerim. Quapropter pecuniarum congeſtùm negligens, quas vtiq; parare quã plurimi gregales medici ſibi curant, optimus medicus tum ſalutem, tum vero veritatem inquirere inceſſanter conetur. Siquidem pecunias ac ſimul virtutes quærere, fere impoßibile eſt. Quandoquidem hec eſt Timocreontis ſententia in ſcholijs dicentis. ὄφελες ὦ τυφλὲ πλοῦτε μήτε γῇ μήτ᾽ ἐν θαλάττῃ μήτ᾽ ἐν ἠπείρῳ φανῆμεναι ἀλλὰ τάρταρόν τε ναίειν κἀχέροντα διὰ σὲ γὰρ πάντ᾽ ἐν ἀνθρώποις κακά.

Id eſt

Id est. Vtinam ò cæca Plute, in terrra, nec in mari, neq; incontinense apparuisses vnquam, sed Tartari & Acherontis perpetuus fuisses Incola: ex te enim omnia hominibus mala. At si omnia mala ex pecunia hominibus (vt ait Timocreon) qui pecunias ergo multas accumulare studet, multa sibi mala proculdubio incutiet. Proinde veritatem, nec non corporis humani salutem, pecunia posthabita, maximo conatu inuestigandas medico necesse fore, putauerim. Neq; adeo lucri cupidũ esse, vt Medicinã alias Imperatricẽ in seruitutẽ redigat, magni illius Hippocratis ritu vt pote qui arrogantiã atq; pecuniã potentissimi Artaxerxis prorsus contẽpsit ingenua fruens libertate. Sed bone Deus, quãta huius temporis medicorũ abiectio? quis cõtẽptus? quanta ignominia? quæ omnia mala nil aliud quã pecunia eiusq; cupiditas ac sacra fames quæ plurimos, tenet, affert. Vnde omnes medicos cũ cõtẽnunt, tũ de risui habent, vt qui hominum seruituti magis studeant, quam saluti. Cæterum de his satis.

Quaprop

Quapropter ò Lector Candidiſſime te oro: hoc opuſculū grato recipias animo, ſiquidē nullū magis opimum præmium pro meis his lucubratiunculis recipere cupio: quam ab optimo quoque & libenter accipiatur, & ab erroribus expurgetur, atq; à detractotum liuore antidoto beneuolentiæ ſtudioſi Lectoris, veluti á Lexiphaamaco præſentiſſimo vindicetur. Vnde fiet, vt in poſterum diſcuſſo mordacitatis pauore, adauctaq; megis fidutia, ad maiora me conferam. quibus & tibi gaudium parare, & ægrotis prodeſſe poſſim. Prætere a te ò benigniſsime Lector, volo facere certiorē Authorum dicta atq; ſententias, quas in hoc opere tranſcriptas reperies; non ideo tranſcriptas vt paginas adimpleuiſſem, quin potius vt veritas magis eluceſcat, nec non Authorum ſententiæ rectius intelligantur, vt recte percipiet quicunq; accurate legerit, nec inſuper mireris: ſi aliorum more, hoc opuſculum cuidam ex Proceribus non dicauerim. Quandoquidem non certe mordicus meam opinionem defendere curo, quin potius veritati

ritati studens, eam toto animæ nixu quæro: atq; omnibus amicis præferendã censeo. Quapropter si qua est in lucubratiunculis meis veritas, illam præsentem magis se sibi tutricem spero: quã Procerem absentem. Qui quidem forte à maioribus detentus curis, statim librum obliuioni perpetuæ traddet, vel postea eo vita defuncto, opus ipsum suo se põdere in præcipitium traddet. Quod vtiq; Galenum fecisse constat, quippe qui septimo methodi, statim inter initia, hanc eandem reddidit rationem, quare libros suos nulli dicauerit, vt pote quia veritatis flagrabat studio, quam operibus suis tutricem instituebat. Vale igitur ò humanißime Lector. ac veritatem, si inueneris, amplectere: atq; si aliqua veritati repugnantia inueneris: non dicta putato. Iterum Vale.

SANCTIS

SIMO AC APPOSTOLICO
Tribunali Sanctæ Inquisitionis.
(?)



ECREVERAN
vtiq; , ò fœlicissime Se
natus , iam olim has lu
cubratiunculas nulli di
care : cum Galenum se
quens , tum vero qui
magni Principes , qui
bus isthæc dicari solent, à maiorib9 dete
ti curis, ea pili faciant,præcipue pusillas i
tas atque ab ignoto quodam oblatas, cæ
terum re penitus pensitata, sententiã mu
tare,coactus sum . Siquidem quæ parua
fere contemptibilia videntur , hac aure
cælatura decorata, tanta fient, vt cum ip
sis Musis intrepide certare possint . Ne
immerito , nam si huius supremi Senat9 e
ruditionem ac sapientiam inspicimus , stu
pore intercepti veluti ecstatici gradum
stimus , adhuc autem si santitatem , mod
stia

ſtiam erga omnes, beneuolentiam, chari-
tatem, generisque præſtantiam, incliro-
rum precipue Dominorum Inquiſitorum
pulcherrimam atque illuſtriſsimam ſtirpē,
ſilicet admodum illuſtris Domini Domini
Roderici de Mendoça, ac Domini Domi
ni Petri Giron (quorum vterque Domin9
meus ac meus Mœcænas dilectiſsimus) cō
ſideremus, optimo quidem iure decorem
atque fulcimentum totius Hiſpanæ gentis
appellabimus. Quandoquidem tot inde
inclitæ Familiæ, duces, marchiones, comi
tes, Milites, Epiſcopi, totiusq; mundi Mo
deratores pullulant: ut quenadmodum cæ
lum duabus fulcitum ſtellis mouetur: ac fir
matur, ita mundus his duabus firmatur ſtir
pibus, atq; vniuerſa Chriſtianorum religio
ad vnguē ſeruatur & adaugetur, quousq;
futuris temporibus vnum Ouile & vnus Pa
ſtor toti humano generi ſit.

¶ Quo circa, tum his rationibus perſuaſus
hoc opuſculum vobis (ò Sāctiſsimi Patres)
dicare decreui: tum vero quia cum hiſce
infælicisſimis temporibus adeo inter nos v
trumq; Peſtis genus verſetur, ſilicet & cor

 pori:

poris & animæ hinc carbunculis, puncticu
lis & bubonibus populariter graſſantibus
illinc tot herecticorum ſcaturiginibus ge
nus humanum in profundum Pelagus pe
petuæ damnationis trahentibus, veritu
ne dum Peſtem minus mortiferam (corpo
ris videlicet) curare tentarem: aliam dete
riorem in animabus generarem ignoran
tur obſeſſus. Quapropter (ò Luminari
magna Chriſtianæ Religionis) Domina
tiones veſtras humiliter præcor hoc opuſ
culum quantumuis minimum accipiat: a
ab erroribus, ſi qui, non mea culpa, erunt
expurgent: vt Sancta Fide Catholica ille
ſa atq; integre ſeruata, corpus humanum
integram aſſequatur curationem.

VALE.



CAPVT

PRIMVM QVOD OPERIS ARGVMENtum continet.

(∴)



VM HIS temporibus nullus magis in vſu ſit morbus, quã qui vulgo Tauardillo appellatur, opere prætium eſſe putarem: ſi ea quæ, cum experimento tum vero ratione mihi cognita fueꝛant, litteris mandarem. Atq; eo maxime, quia cum morbus nouus, vt poſtea procedente ſermone monſtrabimus,

mus, sit, nullum ab Antiquis, Latinis videlicet, græcis, ac Arabibus curatiuum modum reperire liceat. Indeq; apud non postremæ notæ Medicos maximæ suboriantur contentiones: multaq; dissidia. Quando hic sanguinem mittendum simpliciter dissua-deatur, ille nō nisi apparētibus, pūct-culis vitandā esse sanguinis missionē. Quidam ex brachio, non nullus ex ta-lo factitandā suadet. Vnde fit, vt tum hominū salus vndiq; periclitetur, tum vero Medicorum honor. At vero do-ctrinæ clarioris gratia, vertetur nobis in dubium, an in hoc pessimo morbo mittendus sit sanguis ex brachij venis an potius ex ijs quæ in Tallo: quemad-modum asserit Hieronymus Fracasto-rius 2. de contagione, c. 7. nam quod ex Talo facienda sit, videtur. Primo omnis materia venenosa necessario t[...]
di[...]


dit aduersus cor. Maior cum minore sunt veræ, erg, consequētia tenet. Itē omnis humor vergens quo non opor tet reuulsu: vacuand9 est, humor ve-nenosus petens cor, vergit quo, nō o-portet, erg, humor venenosus petens cor, reuulsu vacuand9 est. Maior est Hip. 6. Epi. cō. 2. t. 28. Minor patet, erg. collectio vera. Quibus sic proba tis sic colligo. Omnis humor tendens ad superiora reuulsu vacuand9 est ab inferioribus, sed omnis humor pec-cans tendens ab Hepate ad cor tendit ad superiora, uacuand9 igit. est reuul su ab inferiorib9. At nullæ sunt par-tes Hepati inferiores uenæ sectioni ac comodatæ præter crura, a cruribus ergo facienda est sanguinis misio. Maior est Galeni 3. Meth. c. 5. di-centis. Reuulsio uero in his quæ supra sunt omnibus deorsum sem-

per agitur, ſurſum in his quæ ſunt infra. Minor patet, conſequium igitur neceſſarium. Aduc autem magis ſubjitiamus pro Hypotheſi, Hepar principum & originem eſſe Maſſeæ ſanguineæ, vt optime Galenus probat aduerſus Ariſtotelem, tum libris de vſu par. tum libris de Pla. Hippo. & Plato, tum deniq; pluries alibi. Præterea ſubjitiamus, humorem in his febribus peccantem eſſe ſanguinem, aut omnes ex æquo humres inter ſeſe confuſos, aut quemliber ex eis, cæterum intra veuas ſanguini conmixtos. Item venam cauam poſtquã ab Hepate verſus partes ſuperiores aſcenderit, dextro cordis ventriculo continnam fieri, atq; verſus iugulũ tendens, ad Clauiculam bifurcam fieri, cuius ramus dexter ad brachium mittitur dextrũ, ſiniſter vero ad ſiniſtrum. Vnde brachio-

chiorum venæ omnes originem du-
cunt, vt ex Anathome constat. Præ-
terea eandem venam cauam subjitia-
mus ab Hepate ad inferiora tenden-
tem circa os sacrum iterum Bifurcam
fieri, vnde venæ omnes quæ in cruri-
bus sunt, ortum ducunt: vt ex Anatho
me discere licet. Quibus jactis substru
cturis, sic colligo. Si in his febribus
sanguinem ex cubito misserimus, ne-
cessario sanguinem infectum ex Hepa
te ad cor attrahemus, sed hoc est cane
peius, angue fugiendum ex cubito, er
go sanguis mittendus non est. Item si
ex Tallo sanguinem misserimus, ne-
cessario, ab Hepate versus partes infe
riores, sanguis infectus attrahitur: sed
hoc est maxime necessarium, facienda
igitur est ex Tallo sanguinis misśio,
quod probare nitebamur. Verum e-
nimuero vt veritas magis pateat, mor

bi deſcriptionem, ſigna, cauſas, methodumq; curatiuam inſtituam, a ſignis ſumpto initio.

CAPVD SECVNdum de ſignis.



ANDEM VT A ſignis incipiam, febres aderãt ijs lentæ, illis ardentes magis alijs ardentiſsimæ cũ inquietationibus aſsiduis. Illi immoti manebant, Catalepticorum more, dormiebant hi plurimo, illi vero non, ſed in perpetua vigilia erant. Moroſi alij, alij plus iuſto alacriores, verboſiq;, alij perpetuo delirabant, alij vero ſemper mente conſtabant. Sudores alijs, plurimi atq; alijs nulli erant. Deiectiones alijs plurimæ, li-

quelæ

quelæ, fætentes, uirides, pallulæ, cro-
ceæ, fuluæ, uel nigræ, uel rubẽtes. A-
lijs uẽter omnino detinebatur, & stri
cta ercis urinæ non multæ, sed pro eis
sumpti pot9 copia crudæ, albicãtesq;
tenues, uel crassæ, rubræ, nigræ, atq;
quibusdã graue olentes, ac sic quatri-
duo in matellis detinerẽtur. Rarissi-
mis urinæ multæ, atq; ijs potissimum
dieb9 iudicatorijs, nec huiusmodi ua-
cuatione leuabantur. Linguæ nigræ,
rubræ, uirides, albæ, & aridæ, alijs ue
ro humentes. Sitiebant horũ plurimi
uehemẽter, alij uero minime, quoquo
modo afficeretur seu tingeret' lingua.
Vomebãt alij biliosa, sincera, alij fleg
ma, alij tãtũ perpetua nausea uexabã-
tur. Cibũ maior pars abhominabãt'.
Maculæ plurimis apparebant uel sta
tim inter initia, vel ad 4. 7. ue: quib9
dã uero. 11. citi9 uel seri9, pro humo-
ris

ris subjectiq; varia dispositione: alijs rubræ, alijs liuidæ, nigræ alijs. Nec aderat eis quibus nigræ aut liuidæ apparebant, certius perniciosum iuditiũ, quã quibus rubræ. Sed quibus multæ apparebãt maculæ, dificilius iudicabantur: multisq; ex eis Mors subsequebatur. Aliquibus bubones retro aures superueniebant, nec ad suppurationem terminabantur: sed potius per insensibilem difflatum, erant tamen & quibus suppurarentur: atq; ex his aliqui moriebantur, plures superstites euadebant. Atq; hactenus de signis, quandoquidem eo quod hic morbus tot habeat facies, vt & ipsi Protheo optimo iure assimilari possit, nullo pacto licuit aliter ea recensere.

CAPVD TERtium de Causis,



AVSAE VERO vt mihi videtur, ad aeris prauam qualitatem influxumq; , qualiscunq; is sit, reducendæ sunt. Quod patet ex Gal. 1. Epid. Sect. 1. in prohæmio & 1. de rat. vict. in acu. tt. 9. & Hippo. 2. de nat. hum. t. 1. & 2. cuius hæc sunt quæ secuntur verba aurea. Vbi multi vno morbo homines corripiuntur eadem tempestate, causam illi attribuere debemus, quod est maxime commune: & quo precipue omnes vtimur. Id autem est, quod respirando attrahimus, tunc enim victum cuiusq; nostrum nequaquam in causa esse manifesto constat, cum morbus omnes iuxta attingit, tam iuuenes quam senes, tam fœminas quam viros, perinde vinum ac aquam bibentes, tam qui

qui offam quam qui panem comedunt, tam qui parum quam qui multum laborant, ergo non fuerit victus ratio in causa, cum homines quoquo victu vtentes, in eundem incidunt morbum. Hactenus Hippocrates. Ex quibus verbis manifeste constat, hunc morbum vitio aeris prouenire, praua venenosaque qualitate infecti, siue a Superis influat, siue aliquo alio modo proueniat. Nam per locum a sufficienti partium enumeratione, valet vtique consequentia. Siquidem dinumerantes sex res non naturales, siue hic dormiat, ille vigilet, vnus moueatur, alter quiescat, quidam hoc ciuo vescatur alter altero. & c. Omnes similiter eodem modo corripiuntur, maiori minori ue pro vniuscuiusque subjecti dispositio-
ni

ne. Secundo etiam ſequitur, hanc qualitatem occultam eſſe. Nam vndecim ab hinc annis, plus minus, incæpit hæc mortifera Lues in hac Plaga. Quo temporis tractu, quandoque ceſſat, quandoque reuertitur, ſine qualitatum primarum diſcrimine. Nam ſiue bruma rigeamus, ſeu calor exæſtuet, humiditas ſiccitasue agat: eodem modo ceſſat, reuertiturq́ morbida illa qualitas. Tertio etiam ſequitur ex Hippocratis verbis, Fracaſtorium loco cittato, toto, vt aiunt cœlo aberraſſe, dum aſſerit Peſtilentiam minus vitio aeris prouenire quam hæc peſsima Labes. Cum Galenus ex Hippocrate primo de vict. acuto, textu nono inferat. Omnes Peſtilentes morbos de natura vulgarium eſſe. Nam ſiue ex aquæ corruptæ potu, ventorum ue ſpi-

ſpira-

ſpiratione ex coronij barathris, aut ex caſtramentis, aut aliquo alio modo mala qualitas proueniat, eatenus Gal. inſerente, morbos Epidemicos generat, quatenus aerem inficere poteſt. Porro qui ex alimentis prauis proueniunt morbi, potius quos σποραδις, id eſt ſparſim, priuatimq; præhendentes, dicunt contingent, & non ſimiles, vt aduertid Gal. 1. de vict. acu. t. 9. dicens. Sed quidnam eſt, quod ab Hipp. decitur? ſed morbi & σποραδις & ſimiles fuerint. Nempe contrarium potius dicendum fuit. Et non ſimiles eos inter ſe eſſe, ſi utiq; aliquid morborum ſimilitudine, & endemium, & epidemium & peſtiferum, iudicari debuit. Hactenus Gal. At vero quod σποράδις potius morbi appellari debeant quam epidemici, qui ex prauo cibo proueniunt: conſtat ex Hippocratis verbis 2. de

nat. hum. t. 3. quæ hæc ſunt. At vbi
diuerſis eodem tempore morbis homi
nes afficiuntur, ſuus cuiq; victus ſine
controuerſia in cauſa eſt, vnde Gale-
nus deducit hæc uerba. His uerbis
cœlum conſtituit, non uictum eſſe uul
garium omnium cauſam morborum.
Rationibus adhuc ſic colligo contra
Fracactoriũ. Omnis morbus commu-
nis aut diſsimiliter graſſatur, aut ſimi-
liter, at Peſtis morbus communis eſt,
ergo ſimiliter graſſatᵘ aut diſsimiliter,
at non diſsimiliter, ſimiliter igitur.
Maior eſt nota, minor probata eſt ex
Gal. 1. de rat. uict. t. 9. Secundo ſic ar
guo. Omnis morbus cõmunis ſimili-
ter graſſans aut Endemicus eſt aut E-
pidemicus, at Peſtis morbus cõmunis
eſt, & ſimiliter graſſans, erit igitur pe
ſtis Endemicus aut Epidemicus mor-
bus, ſed non eſt Endemicus, erit ergo

Epidemicus morbus. Ex quibus sic
colligo, omnis pestis est Epidemicu
morbus prouenit vitio aeris, omnis i-
gitur pestis prouenit vitio aeris. Ma
ior cum minore sunt probatæ, ergo
conclusio vera, constat ergo Hiero-
nymum decæptum esse. Accedit e-
tiam Auicennæ sententia quarto pri
mi tractus, capite primo asserentis, fe
bres pestilentiales omnes prouenire
vitio aeris, dum ait, & febres acci-
dentes causa aeris sicci, fiunt iterum
causa vt eueniant febres colericæ, pe-
stilentes vero fiunt ex aere turbido &
humedo. Hactenus Auicenna. I-
dem affirmat primo tertia doct. v-
capite singulari. Etiam est sententia
omnium doctorum, nullo contradi-
cente, quorum placita atque verba in
medium afferre, superuacaneum du-
co, cum vnusquisque exercitij grati
e

ea perlegere possit, excepto tamen vno Fracastorio contra asicrete, haud scio qua ratione.

CAPVD QVARTO IN QUO ISTHÆC MAGIS ELUCIDANTUR.



VIBVS SIC positis, sequitur, aerem dupliciter infici posse. Vnomodo ab inferioribus causis, quas Galenus Hippocras & Auicenna referunt, locis supra citatis. Altero a Superioribus. Hocque etiam dupliciter. Aut Dei videlicet nutu, vt constat Sanctorum Doctorum testimonio, aut ab influxu Astrorum asserentibus Astrologis

pariterq; medicis. Quamuis doctiss
mus Picus lib.5. contra Astrologian
diuinatricem contrarium asserere ui
deatur: cum asserat, nullo modo natu
ræ contrarias qualitates a cœlo fluer
posse, quim potius uiuificas & conse
uatrices. Nam quemadmodum co
unum eundemq; calorem naturalem
in spiritu uitali ad microcosmi conse
uationem diffundit uniuerse, nihilo
minus quamuis unus sit, diuerso tam
modo in unaquaque parte operatu
pro cuiusq; partis dispositione ita so
unum calorem uiuificum lucemq; di
ffundens, ad microcosmi conseruati
nem, diuersimode operatur iuxta cu
iusq; subiecti dispositionem. Quar
fit, vt cum hæc inferiora tam mixt
quam simplicia, cum qualitatibus pr
mis tum vero aliqua alia Antipathia
mutuo se se alterent, atq; corrumpan

alite

aliter atq; aliter disponantur. Atq; hac de causa quamuis unus idemq; sit calor a sole influens, diuersi fiant effectus. Quapropter iuxta Pici sententiam nullo pacto fiet, vt a superis causis Pestis proueniat. Cæterum quouis modo eueniat, a cœlo tanquam ab uniuersali causa dependeat necesse est. Nam siue aer sic dispositus taliter efficiatur a sole, vt Pestem efficere possit; siue vt Astrologis placet, vi Astrorũ fiat: tandem negari non potest, Pestẽ ab influxu superiori prouenire: aere videlicet praua qualitate infecto. Quæ quidem aeris infectio improprie appellatur putredo, cum putredo sit passio misti, vt ex definitione cõstat. Quare qui exactius putredinis naturam nosse cupit, Ioannem Argenterium consulat, quippe qui in libro Artis medicinalis eius naturam adeo

fœliciter exhauserit, vt optimo quidē iure, victoriæ palma illi tribui conueniat. Quin potius si qua aeri adsit putredo, erit vaporum in aere vagantiū, quam aeris ipsius, vt constat ex Auic. 2. 4. c. cit. & 2. 1. doct. 2. c. 3. Atq; hi vapores, siue exalationes possunt ab Astris generari: quemadmodum & pluuiæ, aliaq; id genus: aut abs cauitatibus terræ sublevari, siue Astrorum ui, seu suopte impetu, quemadmodum contigit in Gallia anno 1544. salutis humanæ, referente doctissimo Valeriola 3. enarrationum prima, quæ quidem qualitas potest esse ex primis, siue potest esse putredo simpliciter nullam habens maleficam, seu potius veneficam qualitatem. Atq; hoc modo tantum generabit ægritudines ex simplici putredine: vt febres tertianas, cōtinuas, quotidianas, uitiligines, ophthalmias, pustulas atq; id genus alias

Quæ quidē ægritunes & ſi Epidemia
æs appellētur, nō tamē malignæ, pe-
ſtilētes ve, niſi venenoſa afficiāt quali-
ate. At ſi veneni inſtar, hominib9 ne
gotiū faceſſant: ſiquidē vehemēter ir-
ruāt, ægrorūq; maiorē partē depopul
ētur, peſtē eſſe, atq; dictitari, omni-
b9 incōfeſſo eſt. Verūenimuero ſi cū
ſymptomatū ſæuitate, plurimi ſuper-
ſtites euadāt, malignæ dicētur. Verū
x Au. verbis videtur ipſū innuere fe
ores peſtilētes ſēper prouenire ab ae
is putredine, dū ait, & quādo faciunt
ieceſſario virtutes agētes cœleſtes, &
irtutes patientes terreſtres humecta
ionē vehemētē acri, expellūtur vapo
es & fumi ad ipſum, & ſpargūtur in
pſo, & putrefaciunt ipſū cū caliditate
lebili: & quādo ſit aer ſecundū hunc
nodū, venit ad cor. Quare corrumpit
omplexionem ſpiritus qui eſt in ipſo

& putrefit quod circundat ipsum ex humiditate, & accidit caliditas egressa a natura: & spargitur in corpore tunc propter causam suã: & erit febris pestilẽtialis, hæc ille. Quod quidem si semper euenire hoc modo, & nullo pacto aliter contendat, pace eius dixerim, fallitur me iudice, nã febres quæ venenosæ dicuntur, nullo modo e putredine fiunt: sed potiꝰ ab occulta qualitate quæ sensibus minime subiacet: imo tantum ratione, discursuq; percipitur. Quæ quidem qualitas clam occulteq; operatur contra occultam proprietatem quæ in spiritibus, substantiaq; cordis est. Quæ alia est a calore naturali: quod ita esse sic probo. In primis scire oportet, spiritus esse corpora quæ ex humorum parte vaporosa: aereq; inspirato fiunt, vt patet ex Galeno in libris de placitis Hippocratis &

Plato-

Platonis, cuius hæc ſunt quæ ſequntur
verba. Sicut enim vitali ſpiritu, &
n arterijs, & in corde gignitur, mate
ria generationis, ex inſpiratione, &
humorum exalatione ſumpta: ita ani-
malis ex vitali perfectius concocto ori
tur: vtpote cũ oporteret ipſum exqui
ſitiſsimam omnium immutationẽ adi
piſci. Atq; hactenus Galenus. Secun
do ſubijciendum: hos ſpiritus præter
calorem actualem, quem membris tri
buunt, etiam aliam qualitatem mem-
bris impertiri, qua mediante membra
diſponuntur ad animam ſuſcipiendã,
retinendamq;, quam, quodammodo,
ſomniaſſe, uidetur Auicenna 1. j. doct
6. c. 4. cum dixit. Nos autem expla-
nabimus ſummam hanc, & dicemus,
quod quemadmodum ex humorũ ſpiſ
ſitudine, ſecundum aliquam comple-
xionem, ſubſtantia generatur ſpiſſa:

quæ est membrũ, aut pars membri: ita ex humorũ vaporibus & eorum subtilitate, secundũ aliquam complexionẽ substantia generatur, subtilisq; est spiritus. Hactenus Auic. Quibus verbis secundum aliquam complexionem, videtur innuere virtutem, seu proprietatem occultam. Quia si calorem intellexisset, potius secundum aliquam caloris mensuram dixeisset. Cæterum an hoc, aliud ue Auicenna voluerit, non laboro. Cum rationibus quibus intellectus acquiescat, iam mostrare, aggrediar. Præmisso, ex hypothesi, hoc vulgatissimo apud medicos Axiomate; nempe, naturã in omnibus operationib9 spiritu vti uitali, animali, naturalíq; si aliquis, vt ait Galenus est, nunc hoc, nunc vero illo, pro ut se se obtulerit necessitas, occasio ue. Esseq; vnicuique parti, siue proprietatem, seu

quali

qualitatẽ occultã, siue quocunq; mo-
do appellare libuerit, modo de re cõ-
stet: quæ spiritus innatus, spiritus con
plantatus, caliditasq; innata ab omni-
bus dictitatur, quæ spiritu influẽte, a
corde, vitali, a cerebro, animali ab He
pate, naturali fouetur, conseruaturq;.
Quæquidẽ caliditas innata, hoc nomi
ne mihi videtur appellari, nõ ab ipsa
rei essentia, siue natura, sed ab accidẽ-
ti q magis sensu percipit'. quãdo qua
litates illius natura a posteriori, vt a-
iũt, percipit' ab effectu uidelicet, nã in
vẽtriculo chylũ in Hepate sanguinem
in corde spirit9 vitales & arterialẽ sã-
guinẽ, in cerebro spirit9 animales &
cerebri substãtiam, in osse os, in carne
carnẽ generare eũdẽ calorẽ, ex eodẽ a
limẽto est impossibile. Nã idẽ, quate-
n9 idẽ, eodẽq; modo se habẽs sẽper est
natũ facere idẽ, ex Aris. in lib. de ort.

at ca-

at calor naturalis idē est in vnaquaq; parte, vt percipere est ipso sensu, & eodem modo se habet, calfaciens videlicet, pro cuiusq; partis natura, generaret igitur ex eodem alimento semper vnum nēpe carnem aut neruum, &c. pro alimenti dispositione. At non vnum gignit, deueniendum est ergo ad illam virtutem occultem: quæ in spiritu est, præter calorem actu existentem in spiritu tam innato, quam influente. Nam si respondeas, abs quacunq; parte attrahi ex massa sanguinea partem sibi proportione respondentem suæ nutritioni, tunc sequitur necessario eadem sequela. Nam ea quæ attrahuntur a calido, non attrahuntur cum electione, at hæc cum electione attrahuntur, igitur non a calido. Restat ergo attrahi a proprietate specifica & occulta. Idem affirmamus de spiritu animali

mali & vitali, quod sic probatur. Si quis partem aliquam laqueo comprehendat, ita vt spiritus non liceat ultra progredi, statim amittitur, seu hebetatur sensus, quantumcunq; calor eiusdem partis conseruetur siue foueatur. Adhuc autem magis, quãdo spiritus vnus partis soluitur, siue impeditur ei9 comunicatio quoquomodo, etiam si organa bene & naturæ ordine & exigentia disposita sint, nullo pacto fit actio, quantumcunq; fomẽtis, cataplasmatis, vnctionibus ue, pars calefiat, nisi spiritib9 pateat exitus & via, vt partem illam tãgant, siue sua propria substantia, seu irradicatione, vt colligitur ex Gal. 3. de lo. aff. c. 10. in cura Pausaniæ sophistæ. Et quemadmodũ in spiritu animali, atq; naturali, ita in uitali contingit. Vt in Syncopi, vbi videlicet resolutis, siue retractatis, ad

cor

cor spiritibus vitalibus, vitalis facul
tas valde leditur, aut etiam interdum
vita finitur, quamuis ab exterioribu
auxilijs calor in organa introducatur
Quibus sic probatis, manifeste patet
febres omnes quæ vere dicuntur pest
feræ & malignæ, atq; venenosæ, po-
tius in acquisitione prauæ & occulta
qualitatis, quæ e directo opponitu
proprietati viuificæ, quæ in spiritu est
d̄ qua hucusq; egimus, consistere: qua
in putredine, calore ue putredinal
quod si quando contingat, quod sæpe
contingere solet, ut a febre putrida si-
ue e putredine ortum trahat, non equ
dē inficias ibo, dum modo intelligat
putrefactionem illā non esse qualitatē
venenosam & mortiferam qua de ag
tur. Et si fere sēper sit præuia dispos
tio humoris peccātis, ad introductio
nē illi9 mortiferæ & prauæ qualitatis
vt vi

vt videre est apud Galeuum.1. de diff. feb. c. 4. ac alijs in locis, quam quidẽ non modo in his pestiferis febribus, semper adesse, contendo, verum etiã in quacunque febre ex putredine ortum trahente, vt satis superque docte probauit Subtilis Fernellius lib. 2. de abditis rerum causis, c. 13.

CAPVD QVINtum in quo quæ dicta sunt, bene probantur.



HOC ESSE VErum, vel ex hoc patet. Quia in febribus uenenosis, & pestilentialibus: & si non posint sub vna car-adiffinitione comprehendi, vt nihilominus ex Sententia Auicennæ quar-

quarto primæ tract. 4. c. 2. non perc
pitur uehemens caliditas quoad tactū
& si intus maxima Symptomatum ac
sit uehementia, vt patet ex primis ve
bis. Siquidem est quieta exterius: &
conturbans & ebulliēs interiꝰ. Qua
uis ex verbis subsequentibus videa
tur contrariū affirmare, dum ait. E
qua percipitur caliditas & inflamati
fortis. Quibꝰ verbis videtur sibi pug
nantia dicere. Nam si est quieta ext
rius, quonam pacto percipitur calidi
tas & inflamatio fortis? quod facile
contradictione vindicatur, si tantum
de causo pestilenti intelligatur. Vt e
Herculani interpretatione videre est
Nisi mauis cum Gentili fulginati, &
Iacobo de partibus, calorem forten
non percipi in partibus extremis, se
circa cor: propter Porum multitudi
nem & malitiam, cor & thoracē atq
corpor

orporis intimas partes offendentiũ,
& si vtrunq; quandoque contingat.
Adhuc clarius patet ex subsequenti-
us verbis, ubi habet. Et quandoque
st de his febribus pestilentialibus: in
ua non percipit æger neq; tangens
ropinquus multitudinem caloris, &
on alteratur pulsus & a qua magna
lteratione. Et cum hoc ipsa est inter
ciens velociter, & hesitant medici in
sse eius. Ex quibus verbis manifeste
õstat, febris pestilẽtis essentiã magis
i illa ꝓpua & occulta qualitate cõsiste
e, quã in caloris eferuescẽtia. Quod
onfirmatur, sententia Iacobi de par-
bus, & Gentilis, in enarratione hu-
us textus. Causa vero propter quam
on fit in febribus malignis & pesti-
entibus mutatio magna in calore, &
rina & pulsu, potest esse multiplex.
Aut videlicet quia venenosa vis adeo

ſit valida, vt extemplo uirtutem vita
lem caloremq; naturalem, ſeu potiu
virtutẽ illã occultam, quæ in ſpiritu v
tali, vt monſtrauimus, eſt, deſtruat. I
deoq; extinto calore naturali, & extra
neus deficiat neceſſe eſt. Siquidem v
ait Auer. 7. coll. c. 2. ex Gal. 3. in ſect
1. t. 11. Calor extraneus ramificatur
calore naturali. Aut quia maligna lu
es adſit ſiue in ſpiritibus, ſeu humori
bus, abſente humorum putredine, qu
bus caloris ſequatur excandeſcentia
concoctioniſq; ſigna uel cruditatis i
vrina. Cuius modi viſæ ſunt febres tẽ
pore Gẽt. fulginatis, & Iacobi de par
adeo vt & ipſe Iacob. aſſerit, hãc ven
ficã & occultã qualitatẽ, tanta irruiſſ
vehemẽtia, vt & ſubito nulla accẽſa fe
bri, ægrorũ magnũ numerũ cõfeceri
Cui libẽter aſſentior nulla repugnãt
ratione, ſicuti & ipſe obſeruaſſe teſta
tur

tur. Aut quia virtutes ipsæ ita stupi-
dæ reddātur præsentia venenosæ qua
itatis, vt lesionē, & si adsit, non perci
piant. Aut quia materia infecta, vt est
opinio Gent. est extra vias vrinæ, uer
bi gratia in corde aut thorace: quod
accepit Gent. ex diuo Florentino. 4. 1
c. 20. aut qua tantum accidit nocumē-
tū virtuti vitali, manēte illessa natura-
li. Siquidē hoc nōnūquā euenire solet
vt videre est apud Auic. 1. cano. c. de
virt. vit. quod aduertit Thad. apho.
71. 4. verba Auic. hæc sunt. Fortasse
enim plerūq; in aliquo destruetur mē
brorum eius operatio & uiuum rema-
nebit, & fortasse plerūq; remanebit e
ius operatio virtutis, & mēbrorū ten-
det ad mortem. Hæc ille. Dubium ve
ro an destructa vitali operat. adhuc na
tur. seruari posit, an econuerso, nec
le, quoniā satis superq; docte a docto

 ribus

ribus discussum est, referre superse
deo, cum vnicuiq; exercitationis gra-
tia, perlegere liceat. Vnum tamen ad
uerto, Gentilem immerito ab Hugo
ne taxatum. Nec assentior Conciliato
ri diff. 94. asserenti, causam propter
quam in febre pestifera pulsus est bo
nus & vrina bona, æger vero tendi
ad mortem, esse, quod febri pestilent
propriũ est, præter cæteras inherere
cordi, non sic Hepati atq; alijs parti
bus. Quo circa uirtus naturilis terre
tur, & nullo pacto audet coctionẽ m
liri. Quæ quidẽ positio potius rethor
ca & ad placitum dicta videtur, quan
physica ratione, probata. Siquiden
virtus vitalis atq; naturalis agunt me
re naturaliter, & quod agit naturali
ter, agit sine cognitione, ergo actio v
talis: naturalisque sine cognitione a
gunt. At quod agit citra cogaition
no

non eligit, & audere siue timere est o-
pus electionis, impertinenter igitur,
& proprie colore rethorico, procedit
a ponensis positio, quoniã sequeretur
si hoc ita esset, agens adesse passo dis-
posito, deuitoq; modo aplicato, & a-
ctionẽ non sequi, nullo impedimento
actionem prohibente. Quod quã ab-
surdum sit, nemo, uel Lipientibus o-
culis, non videt. Præterea prima pars
positionis falsa est, ut quotidie experi
mur, nam si causam morbi, humorem
uidelicet, aut spiritus intelligat, falli-
tur equidem, cum quotidie experia-
mur alias corporis partes occupare,
nempe Capud, Hepar, Ventriculum,
atq; alia huiusmodi: vt ex accidenti-
bus discere licet. Siquidem quacunq;
parte corporis sudor, calor, aut fri-
gus, ibi morbus, ut ait Hippocras 4.
Aph. 38. & 39. Idem confirmat Gale
 nus

nus in enarratione atque vniuersa me-
dicorum opinio. Hoc ita esse, quoti-
dianis euentibus patet cum plurimi as-
siduo capitis ardore, alij uentriculi
& intestinorum:, Hepatis nonulli cru-
cientur, alijs sudor copiosus nego-
tium facessat, siue totius corporis, seu
cuiusuis partis, perseuerans, & si non
toto morbi curriculo: notabili tamen
temporis tractu, atque sudoris quan-
titate. Quod si ita est: vt uere est, con-
tradicit e directe 1. part. positionis Cō-
ciliatoris asserentis, propriū esse febri-
bus pestilentialibus inhærere cordi
præter cæteras: Atque isthæc quoad
febris causam. Verum quoad febris
essentiam, & si proprium sit febris
pestiferæ inhærere cordi, nō tamē 4.
modo, quin potius primo: cum conue-
niat omni, sed non soli. Quandoqui-
dem omni febri proprium est, cordi
imcō-

incommodare, vt omnium doctorum ſententia receptum eſt. Nec tamen diſsimulare volo Antonij Muſæ tapſum, necnon Valleſij, viri alio qui doctiſsimi, in enarratione. 39. Apho. 4. aſſerunt. Siquidem, calorem & frigiditatem eſſe morbos, quod alienum a uero eſſe, facile monſtratur. Si hoc ita eſſet, morbus & cauſa morbi non diſtinguerentur, conſequens eſt falſum, falſum igitur & antecedens. Sequella probatur, frigiditas, ſiue caliditas: humiditas vel ſiccitas eſt cauſa morbi, non eſt igitur morbus. Quod frigiditas aut caliditas, aut humiditas, vel ſiccitas ſit cauſa morbi, & non ipſi morbi vel ex hoc conſtat. Quia ſi ſic eſſet, opporteret, in altero ſanitatem, in altero morbum, collocare genere, cæterum hoc eſt falſum, nam fri-

frigiditas est qualitas prima, tempera
mentum uero qualitas secunda, quæ
ex actione & passione primarum pro
uenit, ex qui prima primi cap. de con
plexione. Quo circa in quncunq; ge-
nere eorum quæ naturaliter se ha-
bent, statuetur sanitas, in eodem cum
preter naturam se habent statuetur &
morbus. At sanitas est complexio si-
ue tẽperamẽtũ, erit igitur morbus tẽ-
peramẽtũ. At vero quando in hunc,
de morbo & causa morbi, campum,
descẽdimꝯ, operepretiũ esse duco, de
morbo; deq; morbi causa coniuncta
seu continente, non nulla dicere, quã
uis impar ergo, etenim, nescio quid in
auribus obgannitus sentio, postea-
quam amicus noster Lemosius imma-
nem edidit in lucem librum, quiquam
vtilis futurus sit ipse viderit; sed de his
satis. Cæterum quando causam mor-
bi

bi coniunctam de medio tollit, obse-
cro nobis cum manum conferat tantis
per, vt a sapientissimo isto, causæ con
iunctæ interemptore sapientior eua-
dam. Et quia causæ coniunctæ, esse,
omnibus notissimum est, ideo eius na
turam referre, ac monstrare superse-
deo, quando cuiq; liceat per otium, id
ab Authoribus discere. Quapropter
eam in morbis dari, & si ab Authori-
bus probatum sit, nihilominus iterum
probari oportet, ita cogente nos neces
sitate. Cæterum authoritatibus pug-
nare, nil moror, cum tot sint ab Au-
thoribus adductæ: sed tantum addu-
cam Galeni locum ex lib. 3. technis,
quando non cartas consumere, libriq;
magnitudinē augere cupiam, ad quod
quidam faciunt alienum laborem suf-
furantes, vt imperitis librorum mag-
nitudine sint admirationi, ac apud eos

magis sint in prætio. Verba Gal. hæc sunt, facta autem ægritudo curabitur, soluta ea dispositione, a qua primum ea quæ secundum naturam læditur operatio, quam quidem & ipsam morbi causam dicimus esse, ac pergens Galenus sic ait. Curatio vero, vnam præcipuam, ac communissimam habet intentionē ad id, quod est dispositioni auferēdæ contrarium. Ex hoc si quidē genere sunt causæ illæ omnes, quæ sanitatem efficiunt. Secundum partem vero ex vnicuique dispositioni contrarijs. Calido igitur affectui causa frigida contraria existit, frigido autem calida, eademque in cæteris proportione. Etenim si omne immoderatum est præter naturam, moderatum uero secundum naturam, necesse est omnino, vt immoderatum ab immoderato contra-

rio ad mediocritatem redigatur. Hactenus Galenus. Hunc Galeni locum adducere uisum est, quod non testimonij loco sed demonstrationis adduci debeat. Siquidem ex Galeni uerbis manifeste patet nos, non contra morbum, sed contra morbi causam: semper in curatione pugnare. Nam quando Galenus dicit. Esse necesse, immoderatum omne ab immoderato contrario ad mediocritatem redigi: causam intelligamus, necesse est. Etenim si morbum intelligeremus, non ab immoderato contrario, quin potius a moderato, ad mediocritatem redigendus erat, quando morbo: non causa, sed sanitas opponitur. Vt omnium doctorum testimonio manifeste ac clarissime comprobatum & fulcitum rationib9 est. At non mode

rato

rato sed potius immoderato oppug-
namus, aduersus causam igitur. Præ-
terea ex verbis præcedentibus adhuc
magis elucessit veritas, nempe, facta
autem ægritudo. &c. Etenim si facta
ægritudo curatur, soluta ea dispotio-
ne a qua primum ea quæ secundũ na-
turam læditur operatio, quam quidẽ
ipsam morbi causam fatetur Galenus,
duo sequãtur necesse est. Nempe mor-
bum in facto esse causam habere, quæ
coniuncta sit oportet, atq; eam primo
operationem lædere, vt ipsissimus Ga-
lenus asserit. Nec obstat Leoniceni
expositio, qui, causæ loco, essentiam
vertitur, etiam si in vniuersali prohœ-
mio ad omnia Galeni opera probare
nitatur, ætræ loco hoc est causæ, usiã,
substituendã esse, hoc est essentiam,
cum firmissimis rationibus, Ioannes
Argenterius probet, non paruo erro-
re

re id factum fuisse: vt cuicꝫ licet ex eo-
dem discere. Adhuc autem si Galeno
Authore, soluenda illa dispositio est
immoderato contrario, atcꝫ ad medio
critatem redigenda, atcꝫ illud immo
deratum est sanitatis causa, aduersus
morbi causam pugnet, necesse est.
Quando causæ morbi, sanitatis causa
contraria sit. At forte obijciet nobis
aduersarius, nullo pacto posse esse, vt
qualitas illa quæ iã est, vt ita loquar, in
facto esse ab ulla depẽdeat causa, quin
imo remota illa, causa silicet, perma-
nere ac stabilem habere naturam, vt
ipse, iuditio suo, probat 2. Meth. quo
dam argumento, quod quam recte in
modo & figura colligat, postea sermo
ne procedente, monstrabitur. At ue-
ro hoc esse diuerticulum, ex hoc patet,
quandoquidem sanitas, vt Galenus li
bro primo de sanit. tuen. Musicæ con
sonã

ſonantiæ comparatur . Cui, ſi morbū
cōferas, diſſonātiam opponas neceſſe
eſt. Sed vt res magis eluceſcat, finge in
aliquo tetra cor melos hocmodo. Di
tet Hypate Hypaton a Parhypate Hy
patō ſeſquialtero interūalo , quod dia
pēte apud muſicos appellatur : adhuc
parhypate hypatō alychanos hypatō
ſeſquitertio, quod diatheſarō dicitur:
præterea hypatemeſon a lychanos hy
patō, tono & hemitonio minori, quod
interualū iunioribus tertia minor di-
ctitatur, erit horū quatuor neruorum
conſonātia intra eam quādecimā Mu
ſici appellant . Cæterum ſi aliquod ho
rum interuallorum intendi vel remitti
cōtingat, omnino tota corruet conſo-
nantia, ac in diſſonātiā vertet. Nōq;
ideo neru9 laxior vel tēſior ſit ipſa diſ
ſonātia, ſed aggregat9 ex omnib9 . 4 .
neruis ſon9. Idētidē etiā in morbo quo
uis ex intēperie procedēte , non calidi
tas

tas, non frigiditas, non ſiccitas, aut humiditas, morbus appellãdus eſt, quim potius morbi cauſa. At forte dices, quemnam ergo morbum appellabimus? totam illam qualitatum quatuor reſpondebo, diſpoſitionẽ, quæ quidẽ reducta ad mediocritatem qualitate exorbitante, ſtatim nullo adueniente medicamẽto, accedit. Nec obſtat, quẽ adducit locũ ex 3. then. cuius hæc eſt ſeries, iã enim factã, atq; exiſtentẽ ægritudinẽ curare oportet, ſed quæ nõ dũ quidẽ adeſt, at futura eſt, prohibẽdũ eſt ne fiat: ablata ea q̃ eſt in corpore diſpoſitione. Eius autẽ quæ adhuc fit, quod quidem factum eſt, curare opus eſt. Quod autem futurum, prohibere ne fiat. Prohibebitur autem, ſublata ea diſpoſitione, quam ſequi natura apta eſt. Talis vero diſpoſitio, cauſa antecedẽs appellat᷑. Hactenꝰ Gale

nus

nus Gal. quæ Gal. verba, si bene per-
pēdisset iste, causæ cōtinētis, diligen-
tissimus trucidator, aduertisset vtiq;
Galenum non de morbo, vt pote qui
suum esse, in facto esse habeat, sed pa-
tho, seu potius de ea morbi parte quæ
futura est. Cui non curatio sed po-
tius præcautio debetur. Quandoqui-
dē subsequentibus verbis docet, quid
morbo, dum iam in facto esse consistit
faciendū nobis sit. Cæterum his iam
dimissis, rationes examini subjitia-
mus, quibus causam continentem de
medio tollere nititur. Prima ratio est:
nullum permanens habet causam con-
tinentem: omnis autē morbus est per-
manens, nullus igitur morbus habet
causam continentem, cuius sylogismi
falsitatem seu fallatiam nemo non ui-
det. Quia maior propositio falsa est,
quam omnino nego; quandoquidem
multa

nultæ ſunt res permanentes, quæ cau
am continentem habent, vt lux, atq;
lia quam plurima. Item omnes mor-
i in numero vt verbi gratia, ſextum
igitum, dices ne morbum, an morbi
auſam? At ſublata maiori totum cor
uat ædiſicium, neceſſe eſt, perinde ac
domui fundamenta ſubtrahas. At
orte aduenienté ſecunda ratione, om
ino pugnæ, cædet cauſa continens
eficientibus, ſilicet, viribus, ex laſsi-
udine, quæ ex labore contracta eſt,
um primam rationem ſoluere niteba
ur. Secunda ratio hæc eſt. Cauſa cō
nens habet ſuam eſſentiam in gene-
atione, morbus non habet ſuam eſſen
ā in generatione, morbus igitur nō
abet cauſam continentem. Hæc ille.
Quam rationem cum lego ac perlego
atis nequeo mirari hominis oſcitan-
am, quando non ſemel, ſed multo-
E ties

ties in forma sylogistica peccet, A
forte ab repræhensione se se vindi
care poterit, quippequi in arte di
putatoria versatus minime fuerit. I
mo potius hoc nomine acerbius re
præhendendus venit, adeo vt & il
lud optimo quidem iure, illi obji
possit nempe, turpe quidem est, pa
tricio nobiliq; viro causas perorari
ti, ignorare ius, in quo versatur. Cun
huius artis & sit, & merito dicatur m
gister, nam Salmãticæ, ac alijs in loci
huius artis publicus fuit professor, se
ad rem. Maior propositio negatur
quæ habet, causa coniuncta habet su
essentiam in generatione. Falsitas pr
positionis ex hoc patet: Quia si cau
sa continens est, actu est, & quod act
est, non habet suam essentiam in ge-
neratione, ergo causa continens non
habet suam essentiam in generatio

ne

ne. Maior probatur. Omne agens
git per suam propriam formam, om
nis causa continens est agens, om-
is igitur causa continens agit per
ropriam formam. Sed agit per
ropriam formam, ergo habet pro-
riam formam. At habet propriam
ormam, ergo actu est. At actu est,
on ergo habet suam essentiam in ge-
eratione. Præterea peccat in ip-
a forma syllogismus, dum sic colli-
it. Causa continens habet suam
ssentiam in generatione: morbus
on habet suam essentiam in gene-
atione: morbus igitur non habet
ausam continentem. Quando non
c, sed potius hoc modo colligere
ebeat, nempe. Causa continens
abet suam essentiam in generatio-
e, morbus non habet suam essen-
am in generatione, morbus igitur
 non

non est causa continens, quando si e
modo colligere possemus, innumera
conderemus nugas, ac delirамēta pc
tius quam scientiam educeremꝰ. Ve
bi gratia, liceat mihi per te, o candi
dissime professor. ita colligere. Om
nis lapis habet albedinem, nullus ho
mo habet albedinem, ergo nullus hc
mo habet lapidem. Adhuc autem si
Omnis aer habet velocitatem, nullu
lapis habet velocitatem, nullus igitu
lapis habet acra. Ridiculum profe
cto. At vero ita colligendum esse, v
nuper asserui, manifestum erit, si syll
gismum reducamus ad secundum pr
mæ, quem sic conuerto. Imprimis trã
ponere oportet præmissas, atq; pro
positio, quæ minor erat in secundo f
cundæ, simplici conuersione conuer
tatur, eademq; & consequentia. Qui
bus sic positis, statim syllogismum si
con

construamus in secundo primæ. Nullum habens suam essentiam in generatione es morbus, omnis causa continens habet suam essentiam in generatione, nullus igitur morbus est causa continens, siue nulla igitur causa continens est morbus. Quando quoquo modo collegeris, nil equidem errabis. Atq; isthæc sufficiant, quandoquidem vltra progredi, non decet, cũ quia nimis a proposito digrediemur, tum vero quia ad nauseam vsq; de hac re a plurimis Authoribus doctissime disputatum est. Quamobrem ad locum, vnde digressi sumus, nostra conuertatur oratio, operepretium erit. Quod erat, causas quærere, quare in febribus pestilentibus, non fit magna mutatio in calore, vrina, & pulsu, nihilominus ægri tendant ad corruptionem. Quare aliorum opinionibus hu

cusq; recitatis, ad Porcelli Sardi opi-
nionem deuenio, quippequi libro se-
cundo de peste Siracusana capite vl-
timo, conatur reddere rationem ex a-
nathome, quare in Peste illa, & alijs
similibus non fit notatu digna muta-
tio in vrina nec in pulsu. Quæ quidē
est, quia humor peccans contineba-
tur in folliculo felis, & meatibus ab
eo ad ieiunum insteslinum, duode-
numq;, atq; in vijs: quæ ad uentricu-
li fundum ab ipso folliculo petunt
necnon in ventriculi ipso fundo. Nu-
la perspecta putredine in massa san-
guinea, ex qua putredine, parti sero-
sæ sanguinis adhæreat hypostasis, cru-
ditatis ue nota. Idq; etiam causæ esse
vt in pulsu, nulla esset a naturali mu-
tatio. Quod videlicet causa nimis ab
corde distaret. Quod quam alienum
a vero sit, nemo est qui uel Lipienti-
bus

bus oculis, non videat. Cum in ipso corde, vt ex quinq; præcedentibus dissectionibus constitit, ipsomet Porcello teste cum sotijs suis, multam fuisse copiã, materiæ putridæ atq; malignæ vt ex vehementissimo teterrimoq; fœtore, qui ab ipsis percæptꝰ est, in vētriculis cordis atq; in ipso pericardio, videre est. Quod cũ iterũ atq; iterũ perpēdo, satis superq; miror hominis obliuionē, nã heus tu bone vir, si tibi cum sotijs tuis, ratio cũ orco fere habebat: ex sola fœtoris percæptione, non nec humoris ipsius substantia, cordis ventriculos ocuppans, sua deletheria, venenosaque qualitate, spiritus contaminare potens erat? Quid? Quod quotidianis experimētis cõprobatur: ab erisi pelate, siue flegmona, vel in pede, ardentissimas febres a principio accendi: magnasque, in pulsu,

& vrina, mutationes excitari: & si nō maligna prædita sint qualitate. Et quomodo igitur ab agente fortiori, & propinquiori, idem effectus non imprimetur? Nam si ad Anathomen recurras, nos quoq; manum ferulæ subduximus. Etenim dum in ea versaremur, multa cadauera dissecta vidimus, quæ siue a pleuritide seu phrenitide, febribusq; continuis: ardentibus, atq; synochis, vitam finierunt, nullumq; erat stabile signum in massa sanguinea. Siquidem multa visa sunt corpora, quæ in massa sanguinea, hepate, corde, siue cæteris in membris, nutritiuis, vllam visui, olfatui ue, mutationē repræsentabant: nihilominus magnam afferebant, ab ortu, in pulsu, & vrina mutationem. Præterea iuuenis dissectionem, quam anno 1563. inspexi, tota Salmalticensi medicorū scho-
la

la præsente , in medium ducere non grauabor . Iuuenis seu potius adolescens quidam viginti duos, plus minus annos natus, febre correptus est ardētissima, cum dolore in dextro præcordio, punctorio ; tussis aderat sicca : & exigua, sitis magna, hypostasis nō admodum laudabilis, vrina subrubra & non tenuis . Cui bis , ter ue misso sanguine, nulla aderat subleuatio . Tandē septimo obijt . Ad dissectionē portatus, ab regione ab dominis incæptū est. Atq; pelle, mēbranaq; carnosa discisa, & separata, in musculo subiacente, e regione hepatis, macula apparuit subcrocea. Eoq; dissecto, eadem, e regione apparuit atq; maior . Dissectisq; tandem musculis epigastrij , cū subiacente peritoneo , eodem colore cum musculis infecto, inuentum est fil liculum felis eadem repletum bili , a-

 deo

deo vt ad crasi cydonij magnitudinẽ accederet. Atq; præ nimia humoris abundantia, eo distentum folliculum erat: ut per tunicæ meatus, penetrante bili, Hepatis supra posita pars inficeretur: & sequentes musculi, vt prius diximus. In vena autem caua, corde & sanguine, tam arteriali, quã venali, nullum visum est putredinis signum. Causam vero tanti mali, hanc depræhendimus, obstructionem: videlicet, meatuum, qui a folliculo fellis ad instentina terminantur intruso, scilicet, flegmate, in meatuum cauitate. At si hoc ita est, vt certissime est, quo modo ergo tu, pinguis procellæ, asserere audes sine rubore redargutionis, in quocunq; morbo cuius humor non sit sanguis, aut sanguini mistus, siue Hepar, aut massa sanguinea, infecta non sint, nullam poss

posse esse, in pulsu & vrina, mutationē? Siquidem tātū in hoc adolescente visa est Hepatis aliqua pars; atque hæc quidem inferior, huiusmodi bile infecta: nullo apparente in massa sanguinea putredinis signo, quo vrina, aut spiritus inficerentur. Et in pluribus alijs, a principio, sæuissimis accidentibus afflictis, & quibus magna adfuit, a principio mutatio, in pulsu: calore, & vrina: nulla apparebat in corde, Hepate, & massa sanguinea: putredinis nota. Erant tamē & quibus appareret: verum hoc, sine discrimine. Cæterum, si hoc ita esset, vt asseris: sequeretur semper idem effectus; at non sequitur: falsa igitur assertio tua. Nam vt ait Galenus 1. de loc. aff. c.1. id quo tangente afficimur, & quo separato: quiescit affectus, causam esse apud omnes homines

in con

inconfessio est. At vero sine discrimi-
ne hoc euenire, cernebatur, vt obser-
uauimus in anathome, siue adesset, seu
non adesset corruptio, siue putredo in
massa sanguinea: non est ergo, quod
nos procellus iste distorqueat, sua cras
sa positione. Adhuc autem magis in
febribus intermittentibus, materia fe
brium extra venas existēte, adest mag
na mutatio in urina & pulsu, citra he-
patis, cordis, aut massæ sanguineæ in-
fectionem, vt omnibus in confessio est.
siquidē humor putridus, ex omnium
sententia, extra venas est. Atq; hanc
asserunt causam intermisionis febriū.
Et si antecedens materia, in venis esse.
afirmetur: quāuis ita sit, non tamne pu
tret, donec a natura foras trudatur
Fernellius vero lib. 4. methodi suæ. c
9. asserit, hanc opinionem esse acerbi
simam, incredibilemq; : & vero simi-
liu

lius esse: non semper materiam antecedentem esse in venis: sed vt plurimũ extra venas existere, quod vt verissimum accipio: rationibus eius persuasus. Quas in medium ducerem, nisi fastidium vererer: cũ unusquisque exercitationis causa, perlegere possit. Verum enimuero, his dimissis, ut ad pestis causas, uitio aeris prouenientes, reuertamur, miror quidem magnopere Francici Franci doctoris Hispalensis lapsum, lib. de morb. cõtagiosis c. de causis pestis uitio aeris prouenientibus, in explicatione tertiæ quæstionis asserentis, aerem & si omnium sublunarium humidissimum, nihilominus humiditate madefactatiua, ut eius uerbis utar, affici posse, quæ est causa putrefactionis. Quæ quam sint absurda, præterque rationem affirmata, nemo non uidet. Nam humiditas & mador

hume

humectare & madefacere: idē esse, omnib9 in confesso est. Præsertim, Ouidio 10. methamo. Cuiqȝ cruore sæpe phrygum maducit: domini nunc cæde madebit, & plinio l. 8. c. 25. tergoris ad scuta, galeasqȝ impenetrabilis: præterquā si humore madeat. Mart. 11. l. hic tot9 volo rideat libell9, & si nequior omnib9 libelis: qui vino madeat. Salust. l. 3. hystoriæ. Quasi par in opido festinatio & ingens terror erat, nec ex latere noua monimēta, madore infirmarentur. Hoc est humiditate. Lucan. fraterno, primum, maduerunt sanguine muri. Possem & anthorū innumeras adducere sententias: ꝓ huius sententiæ cōfirmatione: verū ne frustra in re adeo perspicua tēpus dilabi permittamus, eas tacere visum est. At vero si humiditas & mador idē sunt, vt omniū testimonio cōfirmatū est,

eſt. Quonam pacto tu: o bone, humiditatem in madefactiuã & non madefactiuam diuidis? an non proprium 4 modo humiditate madefacere, cõtendis? Dabis ne aliquam humiditatem, quæ non madefaciat? aut aliquam aliam ex primis qualitatibus ſecundisue, abs qua per ſe hic producatur effectus? Minime gentium vt reor. Sed ſi hoc ita eſt, vt eſt: erit uerborum tuorum ſeries, ex tua ſententia, hæc. Humiditas humectatiua. Quaſiuero aliquam eſſe non humectatiuam contendas, Nugæ quidem.

CAPVD SEX
tum de Elementis.

PRæterea & ſi Ariſt. omniũq; phylosoph. teſtimonio receptũ ſit, aerẽ omniũ corporum ſublu-

ſublunarium humidiſsimum eſſe, mi-
hi tamen potius ad beneplacitum aſ-
ſertum eſſe uidetur, quam phyſicis ra-
tionibus monſtratum. Nam Ariſto-
telis rationes 2. de generat. & corrup
t. 10. 21. Tantum poſsibilitatem qua-
tuor coniugationũ ex primis qualitat-
bꝰ probant. Non tamẽ ſequitur aerẽ
calidum & humidum eſſe. Siquidem
de primis qualitatibus, non habemus
certiorem iudicem tactu: at nullam ca-
liditatem humiditatem ue percipit ta-
ctus, non eſt igitur aer calidus & hu-
midus. Maior cum minore patent: te-
net igitur conſequentia. At forte for-
tuna contentioſos ſenſus euidentiam
negare non pudebit, aſſerẽtes, ſenſum
tactus falli circa cognitionem ſeu per-
cæptionem harum qualitatum; quem-
admodum circa alia ſenſibilia omnes
ſenſus. Quibus ſic ſatisfactum uolo
nullum

nullum sensum falli circa propriũ sensile. Præterea Arist. sensu vtit' ad primas qualitates indagandas; corporaque simplicia, elemanta vocata. Nam ignem calidum & siccum: aquam frigidam & humidam, terram deniq; frigidam & siccam affirmat, tactus fide persuasus. Necesse est ergo eandẽ regulam, siue normam in aeris temperamento sequatur. Atq; tanquam verissimam amplexetur. Præterea exemplum, quo utitur, ad temperaturã aeris, calidam atq; humidam affirmandam, debilissimum est. Nam vapor & si actu calidum appareat, illud tamẽ est ab extrinsequo. Siquidem frigidus humidusq; est. Quippequi si ab extrinsequo calfaciẽte destitut9 remaneat, statim ad frigiditatem reducatur ab ipsa forma. Adhuc si uapor est mediũ inter aera & aquam, sequeretur,

esse quinque Elemēta, consequens est falsum, falsum igitur & antecedens. Nam vapor aut est mistū corpus, aut simplex, non primum, secundum igitur: dantur ergo corpora simplicia quinque contra Aristotelem. At vero quia Phylloponus loco cittato de generatione & corruptione, quibusdam argumentis nititur Aristotelis positionem confirmare, operepræciū erit, illi in præsentiarum satisfacere quibus sigillatin allatis respondebimus pro virili nostra. Ad primū vbi habet. Quicquid est posibile in specie, reperitur in aliquo indiuiduo. Ergo reperietur in aere, negatur consequentia, quia si non reperitur in simplici corpore, reperitur in indiuiduo misto. Ad secundū ubi habet. Qui aer est leuis, & leuitas datur calido, est igitur aer calidus, negatur minor quia

quia leuitas nõ sequitur caliditatẽ, sed potiꝰ modũ substantiæ, partium videlicet tenuitatẽ. Ad tertiũ argumẽtum, quãdo sic ait. Elemẽta cõtermina habent aliquã conuenientiã, sed aer conuenit cũ igne, non per humiditatẽ: per calorẽ igitur. Negatur consequentia, quia Elemẽtorũ cõmunicatio, & conueniẽtia: nõ est per huiusmodi qualitates, sed potiꝰ per alias, modũ, vt sic loquar: substãtiæ sequẽtes, vt ex Platone nt. recipio, cittãte Marsi. ficino, quæ hæc est. Oportet considerare in vnoquoq; Elemẽt. 3, nẽpe substãtiã, virtutẽ, & actionẽ, vt ver. grã, ignis est substãtia leuis, virtute acutꝰ, actione mobilis, aer leuis, obtusus, mobilis, aqua grauis, obtusa, mobilis, terra grauis, obtusa, immobilis, quo pacto conueniũt. Nã aer cũ igne cõuenit leuitate & mouilitate: aqua cũ aere, obtusione,

 vt itta

vt ita loquar, & mobilitate: terra cum aqua, eadem obtusione cum grauitate, ad aliud: dum sic colligit. Quia videmus in aeris ex aqua generatione: hoc fieri a calore, ergo aer est calidns consequentia negatur. Quia verum non est, quicquid generatur per calorem: esse calidum, vt patet in mandragora, opio, cicuta, aliorumque frigidorum corporum genesi. Porro hac explosa sententia: meam adducere non grauabor, si mea cum vestris valebũt vota, o benignissimi Lectores: quos vtique oratos volo, vt quicquid dixero affirmaueroque, grato accipiatis animo. Nullisque sectis addicti: veritatem si qua dictis meis subest: libenter amplexemini, nullo præceptorũ Authorũ ue amore conuicti: sed tantũ veritatis studio. Qui mihi a primis a literarum rudimentis, adeo in animo fuit, vt il-
lu

lud Galeni 7. meth. c. 1. mihi vendica re possem, nẽpe. Ego vero haud scio qua ratione, ab ipsa vsq; adolescentia mirifice, siue inspirat9, siue furore per cæptus, siue quomodocunq; dixisse li bet: & vulgi famam contempsi: & ve ritatis scientiæq; studio flagraui, nullã esse hominibus, neq; honestiorẽ, neq; diuiniorem possessionem ratus. Hoc igitur veritatis ardore commotus, ae- rem frigidum, quoad actiuas esse: in passiuis vero nullam habere humidi- tatis siccitatis ue exuperantiam, assere re nõ erubesco. Quod verũ esse pro batur manifestissima demõstratione. Nã nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Siquidem ex Aristot. 1. poste. c. 14. t. 32. nulla erit alicuius sensibilis scientia, nisi sensu, cuius est sensibile; percipiatur. Oportet nãq; cum qui ratiocinatur phãtasmata spe-

culari, ex Arist. 3. de anima. t. 18. A
aer nullum impressit phãtasma hum
ditatis, siccitatisue in sensu, phantasia
nec intellectu, nõ est igit' sic9, humid
ue aer. Nec poterit alio sensu ulla ha
rum qualitatum percipi, cum tactu
sint propria sensibilia, & quod est pr
prium sensibile vnius sensus, nõ pe
cipitur alio sensu: at nullo sensu perc
pitur, quonam pacto sciet intellectu
aerem humidum siccum ue esse? Ete
nim quæ sciuntur, dupliciter sciri ne
cesse est. Inductione videlicet, vel d
monstractione: ex Aristotele 1. post
c. cittato. At vero de aere nullo per
cipiente sensu, nec per demonstratio
nem: nec per inductionem, aliquid a
fert intellectus, nam tam demostrati
quam inductio exordium sumit a sen
su, vt constat ex vltimis verbis addu
cti textus, que videlicet sunt. Nequ
enim

enim ex vniuersalibus : absque inductione, neque per inductionem, sine vi sentiendi. Idem affirmat Aristoteles secundo Methamorphoseos capite secundo, nec prodest, si dicatur aerem esse humidum, quod facile terminetur termino alieno, ex Aristotelis definitione quarto Metheorum Capite primo, nam hoc non prouenit aeri ab humiditate: quin potius a substantiæ tenuitate, vt videre est in igne, qui siccus cum sit, facilimo terminatur termino alieno, propter substantiæ tenuitatem. De frigiditate uero aeris notius est, quam ut explicati valeat: cum clarissime, sensus enidẽtia: percipiatur eius frigiditas: si deducto extrinsequo calfaciẽte experiatur. Nam statim ad frigiditatem reducitur, sisol, aut ignis absint: a quibus calorem accipiebat. Vt

iu hieme: noctu, atq; septentrionali
bus videre est. Nam illhic tantun
absentia solis: aerem frigescere, cert
est. Nam aqua atq; terra ideo frigi
dæ depræhenduntur: quia si absit cal
faciens, statim ad frigiditatem redu
cuntur. Cæterum aeri, id ipsum eue
nire, sensibus percipitur: erit igitu
aer frigidus identidem, vel detur di
uersitatis ratio. Que cum assignari n
queat, assertum nostrum verissimur
erit. Prætere a de primis qualitatibu
non habemus certiorem iudicem ta
ctu, vt ait Galenus: at frigiditas prim
qualitas est, tactu igitur iudicanda e
sed frigiditas in aere deducto calfaci
te: semper sentitur, est igitur aer frig
dus. Valeant ergo isti, sensuum fide
detrahentes. Etenim satius esset, vt a
Galenus 2. de sem. c. 1. eorum quæ se
sibus offeruntur, causas inquirere, qu
sen

ſenſibus fidem detrahere ; Siquidem vt inquit ipſe, l. de ſem. 1. c. 1. ex Ariſ. ſententia, ab iiſdem vitrix ſumitur ſententia. Atqne Hactenus de aere. At quamuis a pluribus, cum antiquis, tum vero iunioribus de Elementis atq; eorum natura: hucusq; diſputatum ſit ſatis, non tamen a ratione alienum erit, nunc non nulla de iis dicere, quando philoſophus quidam, Lemoſius nomine, tanta phyſicæ contemplationis eleuatione commotus eſt, ut ipſius naturæ abdita penetrans, mirum de Elementorum formis potentum nobis cõmunicauit. Formas ſilicet ſubſtantiales Elementorum nullas eſſe, præter qualitates primas. Idq; veluti nunc primum ab eo inuẽtũ nobis nſinuat, qua ſiuero Curtius hui9 erroris, ſeu poti9 delirij, non fuerit inuentor : aduerſus quem doctiſsime Ioannes Argenteri9

 3. tech

3. technes disputauit, veritatiq; adeo
opē tulit, vt nil supra verū, quia alijs
atq; alijs rationib9 huius naturæ arca
ni veritatē: tueri nitatur, coegit vtiq
nos illi resistere. Ne silicet Elemento
rū formis substractis, tota mundi ma
china extemplo pereat, atq; in nihilū
reuertatur. Opus quidem soli Deo r
seruatum. Quādoquidē si cuiusuis fo
ma a materie separetur; statim accidē
tia pereant, necesse est. At & forma &
accidentibus cuiuscunq; entis substr
ctis, ipsam materiam primam non ex
stere, est necesse, restat ergo vt in nih
lū reuertantur omnia, vt sermonis de
cursu mōstrabimus, deo volēte. Itaq
verba ac rationes, quas sapientissimu
iste phylosophus adducit: quibus El
mentorū formas de medio abstulisse
retur, in mediū adducam, ut sigilatin
vnicuiq; satisfaciamus. Primum cita
Ga

Gal. 1. de Elem. c.8. quippequi Arist. locũ declarat, ex l. 2. de gen. & cor. c. 1. vbi Arist. affirmare credit, Elemẽta ex materia prima & accidẽtib9 tantũ fieri. Quod vt magis elucescat, Arist. verba transcribemus; quæ silicet sunt. Nos autẽ sensibiliũ corporũ quãdam esse materiã dicimus, sed eam separari nõ posse; sed semper esse cũ cõtrarieta te, ex qua Elemẽta vocata fiũt. Ex quibus verbis subinfert noster sapiens. Fiunt ergo Elemẽta ex materia prima & cõtrarietabus. Quo sic collecto cõ sequio, ad cætera Arist. verba pergẽs ait: pergit Arist. Verũenimuero cum adhunc modum ex materia corpora .1. cõstẽt de hisce quoq; determinem9 oportet: supponentes materiam separabilem, quidem, sed contrarijs subjectam, principium atque primum esse: nõ enim calor frigori, neque frig9 calori; sed q subijcitur vtriq; materia

existit. Quem locum cum Galenus a
cæpisset, idem consequium quod no
ster amicus deduxit, ut pote qui adeo
formæ substantiali abhorruit, ut non
modo in Elemētis, verū etiam in quo
uis alio ente, quin etiam hominis for
mā substātialē, animā silicet rationa
lē, & si alijs in locis eius essentiā se ig
norare fateatur, nihilominus eam acc
dens esse, asseruit lib. de trem. & rig
cuius hæc sunt verua. Sed totum qu
dem corpus conspirans: ac confluen
censeamus, caloreu autem: non acqu
fititium, nec animalis generatione po
steriorem: sed ipsum esse primum, a
ab initio genitum, & innatum; & ce
te natura, & ipsa anima nil aliud qu
hic est. Hæc Galenus. Quo quid ma
gis absurdum? Quid magis delirum
atque a uero deuians? quam huius hæ
resiarchæ placitum. Nam si calorem
ho

hoc eſt caliditatem animam aſſerat, ac
videns, ſi ſpritũ calore præditum, cor
pus eiſe fateatur, neceſſe eſt omnino.
Quare ſi in re adeo perſpicua: ita tur-
piter cecutiuit, mirum nõ erit, in alijs
eiuſdem nominis falli. Quo circa ami
cum noſtrum Lemoſium obſecro, aliũ
loci Ariſt. interpretem ſibi eligat, ſi
uerũ aſſequi cupit, nosq; interim tãtiſ
per audiat, qui locum ſic interpreta-
mur, nẽpe, Elementa fieri ex materia
prima & cõtrarietate ex cõtrarietate:
nõ tanquã ex forma: ſed tanquã ex diſ
ponente materiam ad formæ ſuſcæp-
tionem. Quam expoſitionem Niphus
ex Philopono traddit l. 2. de generat.
& corrup. c. 1. ci. nã & ſi Ariſt. hãc cõ
ſtruat propoſitionẽ: Elemẽta fiunt ex
materia prima & cõtrarietate, formã
tamen Elementorũ ſubſtãtialem non
excludit. Verbi gratia: ſi quis ex terra
&

& lapidibus domum constare: affir-
mauerit, ligna: calcem: & harenã atq;
id genus alia, non excludet. Textus
igitur explicatione præmissa, rationẽ
qua formas Elementorum substulisse
credit, perpendamus. Vt videlicet,
hac diluta, tota corruat aduersarij ma-
china. Ratio hæc est. Forma Elemen-
ti est, per quam est ipsum Elementum
per qualitates est ipsum Elementum,
qualitas ergo est forma Elementi. Cu-
ius syllogismi fallatiam nemo in arte
disputatoria mediocriter exercitatus
non percipiet, quia minoris falsitas in
propatulo est, quã prorsus negamus.
Quandoquidẽ Elemẽta non sunt per
qualitates primas, sed disponunt' per
illas ad esse, aduenientib9 formis sub-
stantialib9 prærequirentibus illas, in
materia dispositionis, ad sui introdu-
ctionem. Præterea miror huius homi-
ni

is cataphorã, dum ait . Post mirum
llud consequiũ quod attulimus . Hæc
nim, de primis qualitatibus loquitur,
olæ sunt, quæ subiectã substantiã alte
ãt, & quæ causæ sunt, vt Elemẽta in-
icẽ transmutẽtur , & quæ plãtas atq;
nimalia eficiunt. Si ergo solæ sunt, vt
quit Arist. & Gal. & omnes ueteres
hylosophi oppinantur : si alia forma
t in Elem , illa sane frustra erit . Sed
ide quã recte colligas amice : quãdo
c colligis : primæ qualitates solæ alte
ãt totas per totas substãtias, ergo fru-
tra dat' alia forma in Elem. Lepidissi
num caput, imo potius sic , si tibi pla-
et. Qualitates solæ primæ sunt , quæ
otas per totas alterãt substantias : fru
tra igitur in substantijs datur alia for-
na, præter illas . Nimis delira argu-
nentatio . Nã quid quæso interest , in
er alterare totas per totas substan-
tias

tias, & dare esse rei? est ne idem altera rei & existere? Præterea efficere res ipsas, est ne idem, cum dare ipsis esse? minime quidem, nam causa efficiens & formalis ita distinguntur, ut sit impossibile, hoc illius efficiens & formam simul esse. Nam agens ideo agit, ut suã formam, non se introducat in passum, adhuc suam formam introducere curat, non numero sed specie. At si hoc ita est, ut uere est: falsissimam esse positionem tuam, est necesse. Ommitto, quod Aristo. locos quos in positionis confirmationem adducit: nil probant ut cuilibet legẽti manifestum fiet. Nã & si Arist. affirmet materiam & qualitates esse principia Elementorũ constitutiua, nõ exclusiua: hoc asserit propositio ut patet. Etenim omnes huiusmodi propositiones interprætandæ sunt modo supra dicto. Quibus sic dispositis,

positis, corruit etiã vltima Lemosij ratio: que sic se habet. Si forma est, quæ dat esse rei: quæ constituit rem, quæ facit differre vnum ab altero, & hæc omnia officia, qualitates in Elemẽtis præstãt: qualitates ergo firmæ erunt. Hæc ille. Sed quid ais o ὦσοφ τατον κτανκὸν minor etenim tuæ collectionis falsa est, ac negatur. Quandoquidem hæc omnia quæ recensuisti, non abs qualitatibus, quin potius a formis substãtialibus patet fieri. Attamen posita ac vt antea visum est, probata egregij doctoris opinione, statim ad contrariorũ rationes disoluẽdas se accingit. Quod quã fœliciter mox apparebit. Atqui aduersariorum rationes hæ sunt. Nulla substantia per se sub sensum cadit, vt docet Arist. l. 2. de ani. c. 6. qualitates per se sub sensum cadunt, qualitates igitur non sunt formæ substãtia-

les. Deinde quod vni est accidens, a-
teri non potest esse substantia, vt ai
Arist, l. 1. physic. c. 3. qualitates sun
accidentia compositis, ergo non e-
runt substantiæ Elementis. Item nul-
la forma intenditur aut remittitur, c.
3. lib. 8. Methamorph. qualitates E-
lementorum intenduntur & remittun-
tur, non ergo erunt formæ. Item au
in vno Elemento vtraque qualitas es
forma, aut vna solum: non dicendum
primum, quoniã vna res haberet dua
formas: neque alterum dicetur: nam
cur magis vna qualitas erit forma, quã
altera? atque hactenus aduersariorum
rationes, quas sic soluit. Propositio
primi argumenti vera est, si intelli-
gatur de substantia, quæ ad catego-
riam substantiæ spectat. Falsa tamen
est, & est proinde neganda. Si de
qualitate substantiali, qualis in Ele-
men

mentis reperitur, intelligatur, adde, quod qualitates Elementorum: ex quibus corpora concreta generantur, sensum efugiunt: vt Galenus capite nono libri primi de Elementis docuit. &c. Cuius verba prorsus transcribere nolui, eo quod ex primi argumenti solutione cæteræ pendeant. Quare hanc solutionem perpendere imprimis oportet, ut hac explosa, & reliquæ simul euanescant. Itaque o vir sapiens, propositionem veram esse concedes, si de illa substantia intelligatur, quæ ad categoriam substantiæ expectat, ad de illa met intelligitur, vera igitur est illa propositio. Minor est uera: quia qualitates primæ Elementorum non sunt differẽtiæ substãtiales Elemẽtorũ, sed potius dispositiones præuiæ ad formæ introductionẽ, vt antea mõstrauimus.

Præterea si formæ Elem. sunt qualitates: quare nunc differentias substãtiales eas appellas? an forma rei substantialis: & eius differentia substantialis sunt idem? nequaquam. Nam si hoc ita esset, omnes formæ substantiales qualitates essent. Adde quod, magis absurdum: imo prorsus impiũ est, animam ipsam rationalẽ qualitatem esse. Omitto; quod si hoc ita esset, nulla forma substãtialis esset de prædicamẽto substantiæ. Itaq; si forma substãtialis nec qualitas substantialis, vt probauimus, vlla primarum qualitatũ est in Elemẽtis, omnino solutio nostri egregij philosophi nulla erit. Præterea qualitas substãtialis omnium rerum, potius intellectu quam sensu fere omnes percipitur, atq; eæ quidem per negationem. Nam substantialem differentiã seu qualitatẽ equi: leonis; canis, atq;

om-

omniũ mistorũ nullo modo sensu vel intellectu percipiuntur, positiue vt ita loquar, quare mirũ non erit: si Elem. idem vsu veniat, quod alijs: quæ directe ad categoriam substãtiæ spectant. At vero dum ait Gal. lo. supra citt. de Elem. qualitates Elem. in mistione: affirmare sensum efugere, non de ijs qualitatibus, quæ tactu percipiuntur modo: sed etiã eis quæ visu, atq; alijs sensibus percipuntur, agit. Quarum qualitatum daturam dum scrutatur, affirmat solas qualitates primas, totas per totas substantias alterare, calefaciendo, videlicet, humectando, frigefaciẽdo, aut siccando. At si hæc Elementa in mistis efficiunt, quo modo sensum efugiunt iuxta Gal. decretum, vt tu asseris? Præterea dum secundum argumentum soluere nititur, adhuc in errore persistit, dum ait. Ad secundum

dico, easdē qualitates non esse mihi ac
cidētia, sed alias quæ ex illis ortum ha
bent. Quod falsum esse, ex eiusdē ver-
bis manifestū fit. Nā si per te o bone,
formæ Elementorū, sunt primæ qua-
litates, & Elementa non corrūpuntur
aduentu formæ misti, remanent ergo
eædē qualitates primæ in misto. Quo
modo igitur tu, easdem non manere,
asseris, sed alias harum loco? Modo
ais: modo negas. Quasiuero intersit
aliquid: illas corrumpi, has accedere,
modo primæ qualitates sint, vt hoc
dogma firmum non maneat absq; dis
tinctione, nempe quod vni est accidē-
non potest esse alteri substantia. Ete-
nim si verū esset, quod noster philoso
ph9 asserit, adhuc remanet integrū ar
gumentū. Nā qualitates aduenientes
corruptarum loco, nō ne eædem sunt
cum præcedentibus: & si nō numero
saltim

ſaltim ſpecie ? mihi ſane ita videtur. Addo quia ſi formæ Elemntorũ tuæ, miſti formis nõ ſunt cõtrariæ, quorſũ natura illas corrumpet, vt alias eiuſdẽ ſpeciei poſtea gignat ? Id vtiq; prorſ9 me latet. Quia fruſtra fiunt per plura que poſſunt fieri per pauciora, at De9 & natura nil faciunt fruſtra. Præterea tertiæ rationis ſolutio nulla eſt dũ ait. Tertiæ autẽ rationis ꝓpoſitio, intelligitur de formis perfectis, nõ de in perfectiſsimis & abjectiſsimis, quales ſunt formæ Elemẽtorũ, & propterea poſſunt intẽdi & remitti. Cui9 ſolutionis falſitas patet, eo quod qualitates primas, formas ſtatuat Elemẽtorum. Quod quã falſum ſit: iã præcedẽtib9 monſtrauimus. Vltimæ rationis ſolutio falſa eſt, nã alias tanquam veras ſupponit. Ommitto, quod & ſi veræ eſſent, nullo pacto argumenti vim

 efu-

efugiet. Nam si ambæ qualitates sunt in summo, quomodo efficiet vt magis hæc quã illa sit forma Elem. at enim aut ambas qualitates summas esse in quouis Elem. necesse est fateatur; aut tres: Quando si aliqua remittitur qualitas, a sua contraria remittatur necesse est: Nam quod minus tale est, remittitur ab eo quod est magis tale, ex Ar. in phisicis vnde Gal. hanc sententiam sumpsisse videt^c, quippequi l.3. d sim: med. facul. c. 14. sic ait. Etenim si solus sit austerus, summus itidẽ fuerit, at si non summus, sequitur quod nec etiã solus. Que enim proposui adstrictionis generationẽ, eam si solam citra alias esse cogites, summa hæc sit necesse est: quomodo si sola corpori cuipiam caliditas summæ inesset, id ignis vtiq; foret, nam contrariorum misturæ summitates ipsas frangunt. Hæc Galenus

Vnde

Vnde sic colligo. Si in igne verbi g. sola siccitas est, summa sit: necesse est, at si nõ sũma sequit^ᶜ, quod nec est etiã sola. At si nõ sola, sed suæ cõtrariæ vi remissa: 3. oportet in quouis Elem. esse qualitates primas. Atq; si hoc ita est, metꝰ est, o amice, ne vna a duabꝰ qua litatibus supereretur. Sed iocis dimis sis, serio nunc loquamur. Si qualita- tes primæ essent tantũ formæ Elem. posset dari mistum sine forma substan tiali, consequens est falsum, falsum igi tur & antecedẽs. Sequella probatur. Nam si possibile est, materiã primam existere in Elem. sine alia forma sub- stantiali præter qualitates primas: pos sibile etiam erit, existere inter se se cõ mistis Elem. atq; ad temperamentum reductis. Etenim quod nõ repugnat existere cum vtroq; extremo, non re- pugnabit existere cum medio, sed ma

teria prima existit, vt asseris cũ calore summo: & cum frigiditate summa: po test igitur & cũ ex vtrisq; tẽperata. Et quemadmodum de actiuis, ita de passi uis statuo. At qui si hoc ita est, proba- bile est, imo forte necessariũ, nullũ mi stum habere formam substantialẽ, sed tantum materia prima & accidentib9 constitui. Mirũ hominis portentum, magna doctoris sapientia. Præterea aduersus eandẽpositionem sic colligo. Ex non substantia impossibile est fie- ri substantiam, qualitates primæ sunt nõ substãtiæ, ergo ex qualitatib9 pri- mis nequit fieri substãtia. At Elemen ta substãtiæ sunt; Elem. igitur non fi- unt ex qualitatib9 primis, sed si memi ni, scio quondam mihi sic responsum fuisse ab eximio isto magistro. Hæc p positio vera est, si intelligitur de sub- stantia perfecta, Elementa vero sunt

imper

imperfectæ ſubſtantiæ. Quamobrem illa ex non ſubſtantia fieri: non eſt ab ſurdum. Aduerſus quam ſolutionem ſic inſurgo. Elementa ſunt corpora, corpus autem eſt ſpecies ſubſtantiæ: Elementa igitur ſunt ſpecies ſubſtantiæ. At qui ſi Elementa ſunt ſpecies ſubſtantiæ: & omnes ſpecies æque diuiduntur, & continentur ſub genere, Elementa igitur æque continẽtur ſub prædicamento ſubſtantiæ, ac alia corpora. At ſi æque ponitur Elementũ in categoria ſubſtãtiæ ac alia corpora habebit vtiq; eaſdem cõditiones atq; paſsiones, quas habent & alia corpora, ſed vna eſt, nõ poſſe fieri ex nõ ſubſtantia, ſolutio igitur nulla. Præterea ſi Elemẽta nõ eſſent de prædicamẽto ſubſtantiæ, nec de prædicamento vllo eorum quæ ſequntur, neceſſe eſſet, aliud ſupremũ genꝰ conſtituere, quod

de

de illis prædicaretur. Cædo igitur, o bone illud, ac ex te sciemus: quodnam esse habeat, ac in quibus cum alijs enti bus conueniat, atq; differat. Addo etiam ex Arist. 1. de ortu & inter. c. 3. nullo pacto Elem. simpliciter generari vel corrumpi, quando generari vel corrumpi, tantũ sit proprium substantiæ, quæ recte ponitur in prædicamẽto substantiæ. Verba Arist. hæc sunt. Quæ igitur substantiæ significationẽ non dant, ortum simpliciter adipisci, non dicuntur: verum secundum quippiam: hæc ille. Præterea si Elem. nullam habent, præter qualitates primas formam substantialẽ, nullũ ex Elem. daretur substãtiale temperamentum, at datur per te: fatearis igitur necesse est, in Elem. esse alias formas substantiales præter qualitates primas. Sequella probatur. Quia tẽperamentũ
qua

qualitatiuum, vt ita loquar, ex primis qualitatib9 Elem. prouenit, vt ex tuis verbis cōſtat, ſed materia 1. nullū poteſt præſtare tēperamentū, nullū igitur erit ſubſtātiæ tēperamentum, at ſi nullū eſt, quonā pacto cum ipſo Gal. deliras? reſipiſce ergo, ac ipſis Elem. formas ſuas redde: quas ſurripueras: ne iniuria affecti abs te efugiant; atq; ſingula ad ſuam naturā diſcedant, vt Hippocratis verbis vtar l. 1. de natur humana. At ſi forte aliquod tibi ſuperſt diuerticulū illud exprime: vt & tibi prouirili mea ſatisfaciam. Et ſi ſomnia cuncta, licet, mendacis ſoluere vulgi œdipus inſudet, non ſatis vnus erit. Atque hactenus de Elementis: deq; eorū formis. Nunc vero quoniā a propoſito opere, nimis digreſsi ſumus. Operepræ????ium erit, noſter ſermo vude digreſſus eſt, reuertatur.

CAP.

CAPVD 7. IN QVO probatur veteribꝰ hoc morbi genꝰ ignotũ fuisse, atq; alia.



ERVM ENIM vero, ut nullus supersit dubio locus: an veteribꝰ hoc sæuissimum malũ innotuerit, necne, differendum nobis manet. Siquidẽ Hip. 5. de morb. pop. 33. in Euphranoris filio videtur, hũc morbũ cõseruasse, dũ ait. Euph. filio pustulæ velut culicum morsus, verũ modico tp̃e, postridie febricitauit. Itẽ Lib. coacarũ prænotionũ, nõ lõge a principio sic ait. Quibus in febribus cõtinuis pustulæ per totũ corpꝰ erumpunt, lethale, si nõ purulẽtꝰ abscessus fiat: hæc Hip. Etiã Gal. 1. de atra bile c. 4. dũ quædã vagaret' suis tẽporibꝰ pestis, vbi si ait. Quibꝰ vero ægrotãtibus

9 excrecio per inferiorẽ ventrẽ haut talis fiebat, ijs totũ corp9 pustulis, quæ nigris exãtematis similes essent, circun vndiq; scatuit. Etiã idẽ 5. metho. c. 12. in pestilẽtia, pustulas, exãtem. similes prorrũpentes, se obseruasse asserit. Itẽ Aeti9 tetrab. 2. serm. 1. c. 129. idẽ asserit, dicens. Verũ in principijs febriũ nõ simplitiorũ, sed aprauis humorib9 ortarũ, circa totũ eorp9 exoriũtur vibices similes culicum morsib9, hæc Aeti9. Quib9 nõ nulli facile sibi persuasere, de huiusmodi pũcticulis: quæ nũc publice grassant', auth. scripsisse. Verũ mea sent. omnes hallucinãt', cũ pustulas vibicesq; hi omnes auth. nõ maculas asserãt, apparuisse, ut ex eorũ testimonijs discere, est. At vibices: atq; pustulæ sẽper sunt tumẽtes, sũmãq; cutim eleuãtes, pũcticulæ uero nullũ exibẽt tumorẽ, falsum igitur eorum dogma. Maior probatur ex Cornelio

Cel.

Cel. l. 5. c. ult. & Marti. l. 14. qui sic ait. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat. De uibice item. Plin. l. 30. Verborum uulnera atq; uibices, pellibus ouium recentibus impositis obliterentur. Persius sat. 4. si puteat multa cautus uibice flagellas. Idemtidem etiam eiusdem aetij, constat: testimonio, loco supra cittato, de ijsdem pustulis sic scribentis. In maliguis autem & pestilentibus febribus exulcerãtur, & quædam ad carbunculorũ speciem accedunt. Præterea malignissimas omnium iudicat eas: quæ in facie apparent. Deteriores itidem plures quam pauciores, atq; feruentes quã quæ pruritum iudicunt. Curat præterea eas medicamentis topicis, exiccatiuis, atq; adstringentibus. Que omnia an punćticulis conueniant, contraria ue sint, quis non uideat? Omitto quod Gal.

asserat

afferat l. de atra bile c. 4. Pustulas il-
as nigras, quæ in peste super appare-
bant, crustæ ritu post iudicationes de
cidisse. Omitto etiam, quod omnes af
firment, culicum morsibus esse similes
at vero culicum morsus semper cũ cu-
is eleuatione adsunt, semper ergo pũ
iculæ cum cutis eleuatione apparere
deberent: nec obstat, quod amicus Le
mosius aliter sentiat, quippequi lib. 5.
Metho. c. 12. sententias, tum Hip. tũ
Gal. tum deniq; Pau. atq; Aet. addu
it: vt inde efficiat veteribus id morbi
genus notum fuisse, quandoquidem il
i omnes tũ varijs, tum vero culicum
morsibus assimilari, asserunt, non pu
icum vt ipse retortis verbis deducere
entat, vt cuiuis facile patebit, si autho
ũm sententias legere: non grauetur.
Attamen nota ne, an innota veterib9
hæc fuerit ægritudo, non moror, cum

de re, hoc est morbo: atque Caus Cai
eiusque curatione, constet. Porro ut
summatim dicam; morbi huius effi-
cientem causam, aerem praua uenefi-
ceque qualitate affectum intrepide af
firmare, non erubesco. Atque hanc
quidem a superioribus causis illatam,
ut supra iam probatum. Causam ue-
ro materialem, ut plurimum sangui-
nem, ut ex eijdem notis discere licet.
Et si quandoque alij humores: uel om
nes simul, aut unusquisque separatim
affici posit maligna qualitate pro cu-
iusq; humoris dispositiōe. Ceterũ par
ticularia signa huius sæuissimi morbi,
febrium pestilentum modo: neq; cer-
ta methodo demonstrari possunt, nec
sub eadem definitione comprehendi.
Verum nonnulla, quæ dum in eius cu
ratione uersaremur, obseruauimus:
pro uirili nostra dicere connabimur.

casus.

casus, euentusq; particulares recensendo, ut Hippoc. ille Medicinæ parens in lib. epidemion fecisse obseruatur. Nã signa quib9 dignoscitur, in huius opusculi principio traddita sunt.

Primus ægrotus.

Coriarius quidã propter diuæ Catherinæ ædes decũbebat. Febre laborabat admodũ remissa, atq; ad ea quæ offerebantur, bene se habebat, siue cibi essent, seu medicamenta. Secunda die sanguis detractus est ex brachio dextro, tertia ex sinistro. Quarta uero fere ad infebricitatem deuentum est, quinta modice incaluit: nocte dormiuit, sexta optime habuit: nocte repente igne correptus est, obmutuit Catalepticorum ritu. Innumera apparuerunt pũcticula rubra in uniuerso corpore, stercq9 inuolũtarie exiit, atq; urina. Cucurbitulis dorso admotis loqla

 rediit.

rediit. Insaniebat septima, octaua, & vsq; ad vndecimam. Sanguis iterum atq; iterum detractus est, ante vndecimam. Duodecima mente constabat. Decima tertia: exibito catartico, prõpte atq; copiose deiecit. Decima quarta intensissime contremuit, tota die. Decimo quinto, exibito copiosoaquæ stilatitiæ potu multa biliosa deiecit, & febre liberatꝰ est, ac omnino iudicatꝰ

Secundus ægrotus.

Adulescẽtula quædã, igne correpta est, quæ post quatriduum visa, infestabatur estuatione vehementi. Pulsꝰ magnus erat, vrina rubra, crassa, pauca subsidebant, non admodum æqualia: erat prope menstruam excretionẽ. Die vero quinto, sanguinẽ affatim ex tallo detraxi. Sexto, cuncta ingrauescebant, & iterum ex altero tallo sanguinem exire permisi. Septimo menstrua

ſtrua profluxerunt copioſe vſq; ad vn decimum. Quare viſum eſt, interim venæ parcere. Vndecimo ſudauit, magis in caluit: atq; non omnino mēte cō ſtabat. Menſes ſuppreſsi ſunt, aluus ſoluta, deiectiones multæ, ſinceræ & bilioſæ vſq; ad decimum quartū. Decimo quarto obmutuit, frigida, pulſ9 debiliſsimus. Stercus & vrina inuolūtariæ exibant. Cibum non aſſumebat, vſq; ad decimum ſeptimum cuncta eadē erant. Decimo ſeptimo vero multum ſudauit. Maculæ ſeptē apparuerunt leuidæ & maximæ, quæ repente ad nigredinem verſæ ſtatim ad eſtiomenon peruenerunt, loquta eſt. Poſtridie hulcus in vnaquaq; macula teterrima odore ſpirans erat. Verū tria fuere inſignia hulcera: in coxendicibus ſingula: ad nates aliud, quod mira erat magnitudine, adeo vt fere tres

diffiniret vini libras. Quæ corrodentibus causticisq; medicaminib9 curata, indies magis sordida atq; fætentia euadebant. Quare visum est mundificãs ministrare vnguentũ de excriptione Ioannis de Vig. l. 2. c. 17. cuius hæc est series. Res. Terebintinæ vntias. 4. mellis rosati, & collati duas. Succi pe plantaginis & apij ana vnã. bulliant omnia ad succi cõsumptionẽ: & auferãtur ab igne, atq; adde dorũ ouorum vitella. Farinæ hordei & fabarũ ana vnã. croci scrup. j adhibito itaq; præscripto vnguento, facilime mundificata sunt hulcera. Tandẽ febre libera & integre iudicata est. Etiam si hulcera, vndecim menses durauerunt. Quo toto tempore semper prona cubauit. Quoniam aliter cubare, imposibile fuit, magnis quidem hulceribus non aliã decubit9 figuram permittentib9.

Ter-

Tertius ægrotus.

Rusticus quidã febre correptus est, nõ admodũ magna, vrina subflaua, cũ hypostatsi laudabili, pũcticula secũdo apparuerunt, rubra & multa in vniuerso corpore. Sanguinem ex dextro brachio detraxi. Tertio die paralisis in sinistro. Vomuit multa biliosa, pars sinistra linguæ estiomeno affecta. 4. obijt. Nec erat remedio locus.

Quartus ægrotus.

Nobilis quædã mulier febre correpta est maligna. puls9 paru9, & nõ ad modũ frequẽs: vrina niger, pauca sub sidebãt, interna vrebãt', externa non admodũ incalescebãt, extrema subfrigida, lingua aspera & nigra, parũ sitiebat, deiectiones bonæ, cibũ abhominabat', quẽ facile vomitu eijciebat, sanguinẽ ex brachio dextro die quinta detraxi. Siquidẽ præcedẽtibus noluit se

 se mi

se mihi ad eum detrahendum, permit-
tere. Sexto vero cuncta ingrauesce-
bant. Non dormiebat. Atq; hac de
causa iterum sanguinem ex altero cu-
bito, parce admodum, exire permisi.
Vrinæ meliores in colore: pauca hy-
postasis & non admodum laudabilis.
Septimo obmutuit. Atq; cucurbitulis
dorso admotis, iterum loquta est. Pū-
cticula apparuerunt, pauca circa col-
lum & in dorso leuida. Octauo & no-
no eadē erant. Decimo exibito phar-
maco, prompte deiecit, moderata quā-
titate. Vndecimo parū delirauit. Po-
stea resipuit. Vomebat perpetuo hu-
morem aquosum, & insipidum. Adhi-
bitis, post carticum, remedijs vomitū
suppressi. Decimo quarto iterum ob-
mutuit: cucurbitisq; admotis, iterum
atq; iterum, redijt loquella. Decimo
septimo auricula dextra uehementer
dole

dolebat: ſanguis iterum, parce, detra-
ctus eſt. Vigeſsimo febre vacabat, &
vſq; ad trigeſsimum ſine notatu dig-
na excretione. Trigeſsimo iterum in-
caluit. Parotis apparuit in dextro au-
rium emunctorio. Trigeſsimo primo
altera in ſiniſtro, ſanguinem igitur ex
vtroq; cubito detraxi. Quo facto, fe-
bre prorſus vacauit. Puriſq; maxima
copia per auriculam dextram exiuit:
parotidesq; ſenſum euanuerunt. Atq;
integre iudicata eſt.

Quintus ægrotus.

Altera quæ propter mœnia charita
tis habitabat: pregnans ſeptimeſtris,
febre laborabat ardentiſsima, pleuri-
tideq;. Tertio ſanguinem detraxi ex
brachio, e lateris dolẽtis regione. Do
lor remiſsit aliquanto. Quarto ſangui
nem iterũ miſsi. Quinto dolor exa-
cerbatus eſt. Fomento adhibito a li-

quantulum est platus. Sexto aluus e-
iecit mera, biliosa. Septimo obmutuit:
Pulsus nullus, extrema frigida, pun-
cticula multa rubra. Cibum nec po-
tum assumebat. Octauo nono & deci-
mo eadem erant. Vndecimo loquta
est. Sorbitiones assumebat. Ab vnde-
cimo indies melius se se habere cœpit:
ac decimo septimo, prorsus febre libe-
ra: atque dolore, nec ab ortum fecit.

Sextus ægrotus.

Nobilis altera mulier tres dies ante
partum, igne correpta est. Secundo,
a morbo die, puucticula apparuerunt
in uniuerso corpore, rubra & multa.
Sanguis detractus est, ex cubito dex-
tro postridie enixa est. Febris admo-
dũ increuit. Parce admodum sanguis
fluebat. Multa loquebatur alacris præ-
ter solitum, nam ex proprio tempera-
mento, seu natura, tristis tacitaque erat.
San-

sanguinem ex tallo, igitur detraxi
dextro. Atque secundo die a partu
d quidem factum est. Tertio item
partu die ex sinistro tallo sangui-
nem exire, permisi. Sed quarto,
ucurbitis fœminibꝰ, admotis, mẽses
ffatim successere. Febre vacauit. De
imo sexto vero iterum febricitauit,
um aliqua mentis lesione. Febris
taque iterum exacerbata est. Deci-
mo septimo: insaniebat, febris ma-
gis adaucta, sine intermisione die ac
nocte loquebatur vsque ad vigesi-
num. Vigesimo quidem, parotis
sub auricula dextra, parua, multum
que dolebat. Tacuit duos dies, non
nisi inuicta loquens. Postea incessan
ter loquebatur. Vigesimo quinto,
parotis euanuit. Loquacitas, eadem
assiduitate, perseuerabat. Trigesi-
mo, defuncta est.

Sep-

Septimus ægrotus.

Altera quæ propter concæptioni
ædes habitabat: trigesimo, a partu
die, febre correpta est. Quarto a febr
apparui. Cui purgationes: non ea co
pia vt opus erat, fluxerant. Vrina sub
pallida, tenuis aliquantulum. Nō nu
la hypostasis: neq; admodum laudab
lis. Venter restrictus, qui nisi clisteri
bus prouocatus, retrimenta non red
debat. Sanguinem igitur extraxi affa
tim, post alui exonerationem. Quin
to cuncta ingrauescebant, puncticula
multa in vniuerso corpore, liuidaq;
Obmutescebat. Paralysis in manu dex
tra, lingua, ac cruore sinistro, vrina
subrubra & aliquãtulũ crassa, quapro
pter, iterũ sanguinẽ detraxi. Vespere
autem melius aliquãtulũ se habuit: n
quamuis febris eadem vehemẽtia per
seuerabat, loquebatur tamen, & si ob
cure

ture, atque manus, non sic vt prius: pa-
ralysi infirmabatur. Nocte non dor-
miuit. Sed quia morbus acutissimus
erat, signaque non obscuræ concoctio-
nis in vrina apparebant, aderatque hu-
moris maxima copia, ac turgentis hu-
moris inditia, visum est, catarticũ die
sexto propinare. Aluus pauca reddi-
dit, biliosa, sincera, teterrimoque spirã-
tia odore. Atque hoc toto die eadem e-
rant. Septimo vero cuncta ingraues-
cebant, iterum febris ac paralysis in-
ualuere. Nõ loquebatur omnino. Co
mate vigili correpta, atque sui oblita.
Quare visum est, tum oxirhodino ca-
piti, admoto, tum vero cucurbitis dor-
so, ipsi ægrotæ opitulari, quibus ali-
quantulum subleuata est. Octauo ve-
ro eadem erant atque nono & decimo.
Vndecimo cuncta ingrauescebant. I-
terum cucurbitulas adhibui, sangui-
nem

nemq; ipsis exire iussi: quo extracto, melius se habuit. Duodecimo melius loquebatur, magis mente constabat. Decimo tertio aluus sua sponte soluta est: copiose deiecit. Decimo quarto, & vsq; ad decimum septimum, alui fluor perseuerauit. Decimo septimo & decimo octauo, & decimo nono, aluus supressa. Decimo nonoq; parum delirauit: multum se se iactauit, opercula reijciebat: non nisi inuicta, in lecto quiescebat. Pulsus frequens: celer, atq; debilis. Cucurbitulæ, scapulis, frõti oxirhodinon, adhibita sunt. Media nocte copiose sudauit vniuerso corpore. Tandẽ vigesimo sudor multus toto die perseuerans: ac integre iudicata est. Verum enim uero ne frustra tẽpꝰ cartasq;, consumere videar, id quod alij faciunt, in his recensendis ampliꝰ non immorabor: cum veritatis amatoribus

ribus istæc sufficiant. Nunc ad prognostica, curationemq; me confero. Medicus ergo in prædicēdo cautella vtatᶜ, oportet. Siquidē fieri potest, vt prius diximus, vt febris ab humorum putredine incipiat: atq; putredo non admodum intensa sit: quam natura facile concoctione superet. Nihilominus praua, atq; venefica qualitas, post perfectam concoctionem introducatur: ægrisq; inspectata succedat mors. Indeq; prædicenti infestū sequatur dedecus. Potest etiā tēpore crisis, febris salubris, etiā moueri materia venenosa, quæ antea quieta nō nocebat: atq; petens cor, subito interimere: vt docte admodū aduertit Sauonarolla tract. de febribus capite nono, rub. quarta. ex intentione Gent. Fulginatis. Quāobrem cautū esse Medicum, iterū atq; iterum, in prædicendo mortē aut salu-

tem, moneo: illud Hip. semper medi
tans 2. aph. 19. videlicet, in acutis pas-
sionibus, nō omnino sunt securæ præ-
dictiones, salutis aut mortis. Et Auic.
2. 4. tract. 1. c. 80. sic dicentis. Et qua
doq; est vrina in ægritudinibus pesti
lentibus bona, naturalis in substantia
sua & colore & sedimine, & ille cuius
est tendit ad mortem. Item 1. 4. tract.
4. c. 2. ait. Et quandoq; est de his fe-
bribus pestilentialibus, in qua nō per
cipit æger nec tāgens propinquꝰ mul
titudinem caloris. Et nō alteratur pul
sus & aqua magna alteratione: & cū
hoc ipsa est interficiēs uelociter: & he
sitant Medici in esse eius. Hæc Auic.
Hanc igitur ob causam in prædicēdo
verendum est: ne nobis ascribatur na
turæ error, si vice salutis promissæ, ins
pectata mors subsequatur. Atq; hacte
nus de prognosticationis cautelis.

Quando

Quandoquidem hui morbo nulla ob-
ruaui, esse particularia prognostica:
isi omnia alijs morbis cōmunia, quæ
o Hipp. Gal. alijsq; authoribus sint
addita, quæ quidem hic transcribe-
: visum non est: cum liceat cuiq; ex
lis addiscere. Aduerto tamen hoc
orbo laborantibus: sudores adeo v-
les esse, vt inter excretiones omnes,
rimas teneant. Vnum tamē dissimu
re, nolo, Neoterici cuiusdam videli
t opinionem: vt potequi asserat, pes
mum esse signum, in his febribus cū
uncticulis, si sanguis purus per venæ
ctionem exeat. Siquidem ait, signū
se praue & venenosæ qualitatis pec
antis in sanguine. Quasi uero possi-
ile non esset, etiam cum putredine in
pso sanguine, accidere etiam prauam
occultam illā qualitatē. Adde etiā
uod his verbis videatur innuere, in

febribus his, non esse drauã & occultã
qualitatem, nisi in eis quibus sanguis
purus apparet. Quod, quam absur-
dum sit, quis non videt? Quandoqui-
dem ex præcedentibus iam manifesto
constat: in his febribus semper prauã
& occultam adesse qualitatẽ. Verum
si hoc ita est: vt vere est, quonã pacto
fieri potest, vt sola venenosa qualitas
fortius afficiat naturã, quã si putredo
etiam adsit? At vero cum hucusque
peruentum sit: vt de exeuntis sangui-
nis colore loquamur, vertetur nobis
in dubium, an ex sanguinis, in colo-
re, mutatione, aliquod certum habea-
mus signum, an prorsus nullum. Si-
quidem fere omnibus in confesso est:
certissimũ esse putredinis signũ, colo-
ris, in sanguine mutatio. Quæ quidem
opinio potius ad placitum asserta, quã
physicis rationibus probata esse uide-
tur

ur. Nam contrarium potius affir-
mandum esse, rationibus quibus intel
lectus acquiescat, monstrabo. Primo,
quia experimentis innumeris quoti-
die confirmatur, multos febricitare
febribus acutissimis, cum signis putre
dinis sanguinis, aut alius humoris, qui
bus si venam scindas, purissimus sem-
per exeat sanguis: & si multoties san-
guinem mittas. Alijs pessimũ semper
extrahes, sine discrimine, similiter in
acutis febrib9. Idem euenit in alijs pas
sionib9, siue cronicis, siue acutis, cũ fe
bre & sine febre. Idẽtidẽ etiã & in ijs
qui integra sanitate fruuntur. Nã sæ-
pe obseruare licet, ijs qui nullo vexãtᵉ
morbo, seu simptomate, sanguinẽ eu-
ferri impurissimũ, summoperèq; in co
lore mutatũ: tum viridem, tum album:
tum deniq; liuidum. At qui si hoc ita
est: quonã pacto aliquod summet: sig
 num

num putredinis ſanguinis, ab ipſo in colore, mutato? Siquidem medicina, quemadmodum & omnes aliæ ſciẽtiæ vt ſupra monſtrauimus: ratione & experimẽto cõſtat. At illud ſignũ, nec ratione, nec experimẽto cõpertũ eſt, nullo igitur modo cognoſcitur. quod nõ pateat: nec inueniatur, experimento, vel ex hoc cõſtat: quia Gal. l. d̃ ſubfig. empiri. non longe a principio ſic ait. Obſeruatio enim memoriam: memoria experientiam peperit: a qua proxime ars emanat: dum meminimus quid cum quo, quid ante quod, quid poſt quod obſeruauimus. Atq; id quidem vel ſemper, vel plerumq;, vel vtrouis modo, vel raro. Hæc Gal. At vero: ſi ſemper aliquid poſt aliquod eodẽ modo euenit: ſcientiam producere, certũ eſt: ſi ſæpe artificioſam, vt ita loquar, opinionem, ſi vtrouis modo, ſignum

erit

erit indifferens, si autem raro, forte plerumque contrariũ cõtinget. At mutatio colores in sanguine, non est semper in febribus putridis; nec plerunque nec raro, erit igitur vtrouis modo. Cæterum si vtrouis modo contingit, signum est indifferens, si autem indifferens signum, no erit certum. Hoc etiã confirmat Arist. 6. Metaph. c. 2. Ad huc autem magis Gal. lib. de optima secta ad strasibulum c. 11. sic ait. Experientia est, eius quod sæpe eodem modo visum est, obseruatio, atque memoria, hæc ille. Cæterum mutatio coloris in sanguine, tam in morbis, quam in inculpata sanitate, obseruatur sæpe & vtrouis modo, non autem eodem, non igitur percipitur signum certum experientia. At qui, quod nõ percipiatur ratione, patet. Quia vt ait Aris. l. 1. poster. analiticorum c. 14. tex. 32.

supra citato; sine vniuersalibus non
fit demonstratio, & vniuersalia non
fiunt sine inductione, atque inductio
non sine vi sentiendi: at experientia
exordium summit a sensu, non igitur
ratione, si non sensu & experientia.
Præterea si certum esset mutatio colo-
ris in sanguine, putredinis signum:
quotiescunque adesset mutatio: ades-
set & putredo: sed hoc est falsum, fal-
sum igitur & autecedens. Minor pro
batur, nam si notabilis adsit sanguinis
putredo: febrem adesse, semper nece-
se est: cæterum non semper adest, ut
patet in ijs qui inculpata salute fruun-
tur, conclusio igitur vera. At vero
forte respondet aduersarius, naturam
tantum percipere repentinas mutatio
nes: spernereque eas, quæ sensum e-
fugiunt, ac sensim fiunt. Atque hanc
ob causam quandoque putredinem i
lam

lã non percipere, & febrẽ non accẽdere. Quod diuerticulum facile diluitur. Quãdoquidẽ hoc etiã ad placitũ affirmatur, citraq; rationẽ. Nã dicant quæso, quonã sensu qua ue ratione eis hoc innotuerit. Itẽ dispositione præuia posita in materia, necesse est formã introduci: etiã si longissimo tẽporis tractu introducatur præuia dispositio. Vt verbi gratia, ad introductionẽ formæ ignis oportet esse in materia tres caloris, totq; siccitatis gradus. Sit aliquod agens, quod vna hora hos introducat: aliud vero agẽs vno anno, eodẽ modo in vtraq; materia forma ignis introducetur, nullo præsente impedimento. Idẽtidẽ ergo sanguinẽ accidere oportet: vel detur diuersitatis ratio, quæ cũ assignari nequeat, positio nostra certissima erit. At forte fortuna dicẽt, quia sãguis putridus est in partibus acordẽ remotis,

motis, in circunferentia videlicet, fe-
brem nõ accendi, quod falsum esse, vel
ex hoc cõstat. Nã si hoc ita esset, seque
retur febrem ab crisipelate, aut fleg-
mone in pede, aut parte alia corporis
remota, non posse accendi, quod tam
quam manifeste falsum, non reprobo,
nam dũ in anatome versaremur, mul-
ta hominum cadauera disecta vidim9,
quibus sanguis infectus semper extra
hebatur; nihilomin9 in vasis maximis
circa cor & hepar, nulla erat in massa
sanguinea coloris mutatio. Erant &
in quibus appareret; sed raro: atq; ea
quidem exigua. Forte quia etiam in
cadauere, dum sanguis est intra venas
non concrescit: & si octo dies serue-
tur; & an plures seruetur liquid9 in ve
nis cadaueris, clã me est. Corruit etiã
his quæ dicecta sunt, Neoter. nuper ci-
tati, sentẽtia, asserẽtis, in febrib9 cũ pũ
ctícu

cticulis: malum esse signum, si sanguis purus extrahatur. Quia vt ille ait, significat prauum & putridum sanguinē in venis cordi proximis esse. Quādoquidē & hoc adplacitum assertum esse constat. Atq; ex anatome licet discere, multa cadauera disecta, que accidētibus: morbisq; vexabantur perniciosissimis, visa esse sine sanguinis, in colore: mutatione circa cor: cum tamen alijs purissimus, alijs infectus, plus minus extrahatur sanguis. His igitur dimissis, ad opinionem quæ mihi magis veritati proxima videt', accædo, quæ videlicet est; sanguinem tam in febribus cum puncticulis, quam in eis quæ ex simplici fiunt putredine, nullū mali boni ue successus, signum præbere. qualitatemq; qua infestare videntur, febres omnes iam putridæ, quam quæ pestiferæ & malignæ appellātur, oc-

cultã esse. Vt recte satisq; erudite pro bat Ioannes Fernellius 2. de abditis rerũ caussis c. 13. cuius rationes ad verbũ trãscribere visum nõ est, quãdoquidẽ aliorũ dictis nolo operi huic magnũ volumẽ coaceruari, id quod multis vsu venit huius tẽporis script. At his dimissis curationẽ aggrediamur oportet.

CAPVD OCTAuum de Curatione.


VRATVR ERgo puncticularis, ut ita loquamur, febris, primo, si hiems fuerit, aere ad caliditatẽ, quodã modo, declinãte, æstate vero tẽperata, aut interdũ aliquãtulũ ad frigiditatẽ vergẽte: si æger ardẽte laboret febre. Modice tamẽ ne pũcticulis prohibeatur egressus frigiditate videlicet, tũ cutis, tũ vero

subie

ſubiectæ carnis, poros cõtrahẽte. AEgrotisq́ʒ operimẽta adhibeto, nõ grauia, nõ itẽ leuia, ita vt alijs æſtuationi ſint, alij vero ſupra modũ refrigerẽtur Sed quib9 ita mediocritas ſeruetur, ut caloris uitetur excandeſcentia frigiditatisq́ʒ nocumẽta. Vt admonet Gal. 3. technes, dum ſic ait. Cum uero aer a tẽperie receſſerit tanto a mediocritate uariare oportet, quãtus fuerit ab optima tẽperantia receſſus. Hi uero ſunt mediocritatis termini, in aere quidem ambiẽte, ut ne horreat propter frigus, neqʒ ſudet propter æſtũ, hacten9 Gal. In paſsiuis uero ad ſiccitatem uergat oportet: quãdoquidẽ omnino, tã phyloſoph. quã medicorũ teſtimonio, corruptioni: ſeu poti9 putredini maxime aduerſat^r, ita docẽte Auic. 1. 4. tract. 4. c. 3. cuius hæc ſunt uerba. Rectificationis autem peſtilentiæ pars eſt ſecũdum

dum sanos qui sunt in ea, & pars eius est secundum sanos & ægros. In illa vero quæ est secundum sanos, intẽtio est, vt exiccetur aer & fiat boni odoris, & prohibeatur eius putredo cum quacunq; re sit. Hæc ille. Item ex auẽzoare: theisir 3. tract. 3. c. 1. eadem decerpitur sententia, dum ait. Et scias quod illi qui bene & ordinate se custodiunt tẽpore epidemiæ, & qui habent cautellã: & præcusionem conueniẽtẽ & hoc morando in mansionibus siccis & frigidis: & cibi & potus eorũ similiter eiusdem fuerint complexionis euadũt bene a prædicto periculo & nocumento, hæc Auenzoar. Isthæc sigilatim adducere volui: vt locus Auic. adducere, 3. 1. doct. 5. c. 1, non modo non obstet, verum etiam nobis opem ferat, diligentia ac labore amati Lusitani centur. 7. curat. 53. verba Auic.

hæc

hæc sunt. Aer vero cxm corrumpitur aut fit pestilentialis ouiandum est exiccando corpus, & reparando domum cum rebus, quæ suis virtutibus refrigerant & humectant. Et hoc quidem est, quod magis est faciendum in pestilētia, hæc ille. At vero Amatꝰ vir quidem diligens, loco illius verbi, humectant, restituit, exiccant. Quandoquidem ab exemplari Arabico litteris hebraicis conscripto, hoc verbum, Vetayades, hoc est, exiccāt, deducit, quod quidem verbū, a yabasa, hebreo, hoc siccum deductum esse, affirmat, nec inmerito quādoquidem ita esse constat ex verbis adductis ab eo, ex primo geneseos, verba hæc sunt. Vaiera, Eloim, la Yauasa, Etez. Quæ sic vertit Amatus. Vocauit Deus siccum terram, abs quo verbo, Yabasa, constat, Vetayabes, arabicum deductum esse,

ut prius dixi. Quo Auic. loco ueritati restituto, constat aeri, in huius morbi curatione: siccitantem comparandã esse, pariterque frigiditatem. Semper tamen seruetur in caliditate frigidita-te ue aeris mediocritas, eo modo quo antea docuimus. Quod si suapte natura sese talis obtulerit, eo fruamur licet; sin minus arte parandus est. Si uidelicet æstate supramodum calidus fuerit, cubiculum eligatur septentrionẽ uersus expositum, pauimentumq; rosis, uiolis, uitiumque folijs substernatur, atque id genus alijs. Item aceto rosaceo, seu communi, temperato assidue irroretur. Turba quoque hominum, ingredi prohibeatur. Nam præter id quod aerem calefaciunt, ægri imaginatio ualde læditur: distracta, uidelicet, tot ingredientium phantasmatis. Vnde & somni defectus: atque somniorũ

niorũ aſsiduitas, atq; interdũ mẽtis ab errratio accidere uidetur. Præterea ſilentio utatur oportet, quãdo loquella, ualde nocet, tũ quia capud tentat, præſertim multa atq; intẽta, tũ vero quia aſsiduæ reſpirationis eſt cauſa. At uero ſi impẽſe frigid9 ſeſe aer offerat: arte quidẽ tẽperãd9 eſt, ut roris marini, quærcus, iuniperi ue, ſuffitu: atq; paſtilorũ ex ambra, muſcho, & beniaoi cõfectorũ, ratione habita đ laborãtis natura. Nã ſunt qui, quiduis poti9, quã hui9modi odoramenta perferant. Cibis præterea nutriẽdi ſunt: optimi nutrimenti, facilesq; cõcoctionis, ut iure pullorũ gallinaceorũ, aut illorũ carnib9, perdicũ tenerarũ, turturum, faſianorũ, paſſerculorũq;. Nam huiuſmodi cibi nulla omnino ex parte ſunt dãnandi. Sunt enim ueluti in ſimmetria; omnisque exceſſus mediocritate.

vt ait Gal. lib. de ciu. bon. & mal. succi .c. 3. cuius hæc sunt uerba. Cibi autẽ, nulla omnino ex parte dãnãdi, nec tenues, nec crassi sunt: sed veluti in simmetri, omnisq; excessus mediocritate consistunt. Eius generis panes optimi habentur. Quorum confectionem libro de facultate alimem. 1. scripsimus. Præterea ex Galinaceorũ genere, fœminæ quidem & mares: ex auibus, fasiani, perdices, attagenes, colũbæ, merulæ, turdi, turtures, passerculi omnes. Pisces item saxatiles, pelagici: litorales, gobij, murenæ, buglossi, asselli, & simpliciter pisces omnes, qui neq; insuaue, neq; graui odoris, neq; glutinosum quicquã gustu repræsentent. hæc Gal. Ceterum quãdo pisciũ, hic Gal. recordatur, operepretiũ duco, vt Rõdeletij tractatum de piscibus, consulat Lector, quando eorum, tum historiã, tum

tum uero naturam: ita diligenter tra-
ctauerit: ut optimo quidem iure, nulli
secundum credam. Præterea ex fru-
ctibus, offerre conueniet ægrotantib9
mala punica, accidultia præsertim, ma
a cydonia: pira, odoriferaque poma,
quæ uulgo Camuesas appellant. Sem
per tamen illud Hipocratis 2. de ratio
ne uictus in morbis acutis tex. 36. ob-
seruandum moneo, sic dicentis. Conij
cere autem oportet, & robur, & mor-
bi cuiusq; speciem: hominis item natu
ram: atq; ægrotantis in uictu consue-
tudinē, non in cibis modo, uerū quoq;
& in potionib9: hæc ille. Nam uariæ
admodū: atq; innumeræ fere sunt ho
minibus, edendi: biuēdiq; formæ. At
que alij alijs delectantur: offenduntur
ue magis. Alijs præterea semel esse, a
lijs bis: ter: aut quater, alijs ad uesperā
alijs ad meridiem, plus minus ue come

dere moris est. Proinde huiusmodi ci
bandi ratio, potius experimento cog-
noscitur quã ratione. Vt recte docet
Auicenna 3. 1. doctrina secunda c. 7.
his verbis. Regiones quoque natu-
ras habent proprias, & usus sunt res
extra rationem: & hoc quidem obser
uandum est: & oportet ut experimen
tum in hoc rationem uincat. Est enim
cibus qui solet comedi, in quo aliquod
existit nocumentum: & est conuenien
tior bono non usitato, hæc Auicenna.
Siquidem hoc fere est Hippocraticũ
illud. Parum deterior cibus & potus,
suauior tamẽ meliori & insuauiori est
anteponendus. At uero quamuis ad-
modum cogendos, ut cibos assumant
Gal. suadeat, 3. epidemiõ sect. 3. t. 58.
& Celsus lib. 3. c. 7. & Auicenna pri-
ma quarti: tractatu quarto cap. 3. Nõ
tamen admodum replendos esse, cen-
sendum est, ut multos factitare comp

reo, quandoquidem Hippocratis de-
creto statutum est: quippequi secun
do de uictu acutorum, tex. 37. sic ait.
Ciborum autem adiectioni intenden-
dum multo minus: nā subtrahere om-
nino sæpenumero expedit, ubi æger
sufficere posśit, hæc ille. Nam ex intē
pestiua, atque importuna uictus exiui
tione, multa sequntur ægris nocumē-
ta, quæ recenset Hip. lib. cit. de uictu
acut. 2. t. 44. quæ uidelicet sunt, ut au
diamus ipsum Hip. sua uerba tonātē,
iterdū autē & cruda, tum a capite, tum
a thorace, attrahūtur biliosa, uigiliæq;
his accedunt, ob quas non coquitur
morbꝰ. Tristesq; & amari hi fiūt. Di
sipiūt incerti & discurrētes, lucis splē
dores oculis obijciūtˢ. Aures implētˢ
somno, urinæ crudescunt, sputa te-
nuia fiunt, salsa, colore sincero, & exi
gua, sudores circa collum, anxietates,
 & spi-

& spiritus offendens in ea, quæ sur-
sum fit, aeris latione, frequēs aut mag-
nus supercilia quadam tenus amplifi-
cantur, deliquia animi fiunt. Vestiū
a pectore reiectiones, manuū tremor,
atq; interdum mentis aberratio. Quæ
certe nocumenta: & si Hipocrates ex
nimia ciborum abstinentia prouenire
asserat. Gal. tamen in comm. eodem:
ex importuna cibi oblatione etiā pro-
uenire, decretum reliquit, ut legenti
patebit. At vero quamuis Gal. Corn.
ac Auic. locis nuper citatis, de pestis
curatione loquantur: nō tamē isthæc
citra rationem adducta cēsendum est.
Cum huiusmodi sæuissima lues: adeo
ad pestis naturam accedat, ut inter v-
tramq; minima sit differentia. Cibis
prætcrea aceti parum, succi ue limo-
num, aut malorum aurantiorum inij-
ciatur: cum palati gratia, nam fere om-
nes

nes acido ſapore delectantur, tum ve-
ro quia putredini aduerſantur. Quod
ſi admodum cibos auerſentur, oua ſor
bilia, agmidalorũ cremor cum ſacha-
re conditus exibeantur, vel huiuſmo-
di præparatum vas. Reſ. gallinam te-
neram & pinguem in parua fruſtra di
uiſam: quam in vas fictile vitreatrum in
ijce, inſuper aquæ acetoſæ & ſcurzo-
neræ ana octo vntias, menthæ parum
croci parum, caſsiæ ligneæ tantundẽ:
ſalis pauxilum, omnia in ipſum vas in
ijcito, corticeq; ſuberis ollã obturato,
maſſa triticea operculi circunferentiã
illinito, vt nullatenus vaporib9 pateat
exitus. Ac vas in lebete aqua pleno
ponito, ignemq; ſubponito. Bulliant
donec oſſa abs carnibus ſeparentur.
Quod facile dignoſces, ſi gallinæ pe-
des vna cum collo, & capite, in lebetis
aqua elixentur ad oſsium ſeparationẽ.

Quo peracto, ollā discooperias licet, lus itē excipito: atq; in aliud fictile im mitito, cū pulueris diarhodonis abba tis, & diamargaritonis frigidi ana vn tiā 1. & succo uniuslimonis, uitellis o uorū numero duobus. Atq; iterū igni applicato: bulliatq; tātisper. Quo vte re, uerū cū cibi quātitas, hora ue assu mendi, nullo modo deffiniri possit, æ grorū uires, morbiq; formā: ut antea dixi, obseruare cōuenit. Nā si langui dæ sint, sæpe & parua quātitate offerē d9 est. Iusta Gal. doct. 1. apho. 17. & 2. de ratione uict9 in acutis, t. 36. Ve rū enim uero si uires integræ sint: mor bumq; cito iudicaturū speraueris: te nuissimū offeres uictū. Gal. Hippo. q cōsilio tex. & comm. nuper cit. nēpe, 2. de uictu acutorū tex. 37. Potus sit a qua frigida: aut aliqua ex stillatitijs, vt acetosæ cichoreæ, vel scurzoneræ, iu sta ægroti, tū gustū, cū naturā. Vinum

vero nulo pacto offerre cõuenit, tum propter multã quã infert ebullitionẽ, atq; ad caput euaporationẽ, tum vero quia delirũ facilime excitat, cui paratilsi sũt, qni hoc morbo laborãt, quod simptoma periculũ affert nõmediocre Verũ si post moderatã euacuationẽ, ægrũ parũ febricitare cõtingat, vinũq; valde affetauerit: nullæ itẽ fuerint, tũ plethore, tũ vero delirij notæ: ipsum præbere, alienũ a ratiõe nõ erit: ꝓbe dilutum & pauciferum, ὀλιγόφορον Græci vocant. Siquidẽ moderate vacuato corpori maximũ affert iuuamẽtũ huiꝰ modi vinũ, Gal. decreto 11. meth. c.9. cuiꝰ sunt ver. Sane totũ corpus, prius quã id vacuaris rarefacere nõ expedit ubi vacuatum est, vtiq; licebit medicamẽto aliquo, cui calor tepidꝰ insit, rarefacias: cuius modi est q̃ ex camemelo cõficitur. In hoc tempore si vinum

quocꝫ aquoium bibatur, id omnes va
cuationes promouerit, hæc Gale. At
uero si vehemens vrgeat febris, quam
uis aliqua præcesserit euacuatio, nullo
pacto vinum exibere suadeo iusta Ga
leni decretum, loco & capite nuper ci
tatis, cuius hæc etiam sunt verba. Cæ
terum vbi magnitudo febris obstat: si
cut in continentibus, nec vino est utē-
dum, nec lauacro: nec ijs quæ habitū
rarefaciant vnctionibus, sed aqua fri-
gida, vt prius diximus, pota, in his fe-
bribus est abtissima, hæc ille. Nō igi-
tur est audiendus Cornellius Celsus l.
3. c. 7. dum asserit satis indiscrete, vi-
num esse dandum in febribus pestilen
tialibus, calidum meratiusꝗ. Quam
sententiam ipse: parum sibi constans,
statim mutauit his verbis. Non facile
sanguinem mittere, non facile ducere
aluum; non cruciare vigilia, fame ue,
auc

aut nimia siti, non vino curare, satis conuenit. Atque hactenus ille. Somnus & vigilia: huic potissimum morbo, cõueniunt moderata. Verũ cum ut plurimum ægros, vigilia molestare soleat operepretium fuerit somnum conciliare medicamentis ad id valentibus. Semper a mitioribus exordium sumẽtes, vt verbi gratia. Res. vnguenti populeonis vntias tres, extende super lintheum & fronti applicato, vel hoc aut simili clistere. Resc. maluarum violarum, & furfurum ana. M. 1. decoquãtur in aquæ lib. 2. ad vsque dimidij consumptionem, collentur, & accipe decocti lib. dimidiã. Olei nenupharis & violarum ana vntiam 1. sacharis vntiã dimid. duoque ouorũ vitella, misce, & fac clismа, quod tepidum applicetur, hora somno conueniẽte, retineaturque nocte tota, si fieri potest. Quod si his

somnus non accedat, ad fortiora transeundum extrinsecus applicata prius, vt opio, mandragora, hiosuamo, atque id genus alijs. At uero si hoc modo applicata soporifera non conducant, intus assumere ea oportet, quandoquidē metus est, somno defficiente phrenity dē venturam fore, quod sæpius obseruaui, quod symptoma admodū lædere expertus sum in hoc morbo. Quapropter somno nō accedente, similia medicamenta deuorare oportet. Res. Pilul. cinoglossæ scrup. dimid. opij. g. 2. aqua cicor. fac 1. ac deglutiendā dato. Quantitas vero opij, aut pilularū augenda siue diminuenda sunt pro cuiusque laborātis viribus. Semperque memoria tenentes illud Gal. 12. metho. c. 1. nēpe. Esto igitur terminus in ægrotātibus, quem non transiuit is, qui ex arte generose cōtra morbum pugnat,
vt tu-

vt tuto medicetur. Ei vero qui dolorem mitigat, vt vires custodiat. Vbi vltra pergitur, crudelis hominis officium facit: qui vna cum morbo, vitam quoque homi aufert. Qui vero cubantis delitijs subscribit: eiusq; voluptatem, non sanitatem, pro meta gerendorum habet, adulatoris, hæc Gale. Proinde ita symptomati, opitulari necesse est, vt nullo modo, siquidem fieri potest, cubantibus incommodum succedat. At qui si id omnino vitari nequit, operepretium erit, quam minimam possis admittere lesionem, quam vtique procedente curatione corrigere possis. Satius enim est symptomati oppugnare, & si cũ parua offensiõe quã ægrũ in summo vitæ discrimine deserere, Gal. decreto, tũ loco nuper citato, tum vero 1. de articul. tex. 44. dicẽtis. Sẽper enim pugnare medicus debet

debet aduersus id quod magis vrget: neq; se Medicinæ præceptis obligare tanquam legi, quam cõtemnere nefas sit: cum omnia præter rationem eueniunt, hæc ille. Quies præterea his sẽper iniungenda, motus vitandus. Nã omnibus quibus vitiosi succi abundat semper motus nocet, Gale. docente 6. epidemion sectio. 3. tex. 31. necnon 2. aphor. 28. & 3. eiusdem nominis 20. Item animi accidentia immoderata vitentur. Timor videlicet, tristitia, ira, repentinum gaudium: necnon id genus alia. Repletio item vitanda est, aluique excrementa clismatis expurganda, nisi prompte aluus deijciat.

CAPVT NONVM de Purgatione.

DE


E CATARTICI vero exibitione: & si aliquibus visum fuerit statim inter initia propinandum, nulla expectata humorum coctione, vt pote opinantibus materiam esse turgentem, atq; hac de causa nullã expectandam coctionem affirmauerint, Hippocratis ac Gale. sententia dicti. Tum 1. aphor. 22. atq; 24. tum 4. eiusdem nominis 10. mihi tamen aliter faciendum, vt plurimum videtur, ipsamet experientia docto. Siquidem dũ in his versarer, propinaremq; aliquibus purgantia medicamẽta inter initia, non modo ægrotis nullum sequatur commodum, verum etiam pluribus febris magis exacerbabatur, materiæq; non minima pars, capud petens, maximo erat nocumento. Vomitus

tus, præterea: necnon nausea, plurimos infestabant. Vnde cibi fastidiū sitisque inexhausta, item uigiliæ, non nunquam uero & phrenitis. Causam vero tot subsequentium symptomatum arbitror, quia materia uenenosa nondum anatura correcta: motuique inhabilis, magna cum uiolentia, a medicamento purgante mouebatur. Vnde nocumento nature illato, ipsa natura irritata omnes humores commouebat. Indeque prauorum succorum cum bonis conmistio succedebat. Atque maiore exinde facta humorum corruptella, febris magis: ut retuli, incendebatur. Adhuc autem magis, quia humores corrupti, ut plurimum, ante coctionem non sunt separati, ut constat Galeni testimonio 4. aphor. 22. sic dicentis. Quando aliquis incipit morbus, si quid excerni-
tur,

tur, nil tunc excernitur naturæ ratione: sed sunt omnia casꝰ præter naturã earũ, quæ sunt in corpore, affectionũ. Quo enim in tempore a causis quidem morbum faciẽtibus, natura grauatur, adest autem cruditas humorũ, tunc aliquid bene uacuari est impossibile, siquidẽ oportet coctionẽ præire, subsequi uero discretionẽ, postea euacuationẽ, ut bona sit crisis siue iuditium, hæc Gal. Neq; obstat si dixerint, propinãdũ esse purgãs medicamentũ, nulla expectata coctiõe, quia materia uenenosa est in vasis cordi ꝓximis, ne deleteria qua pollet qualitate, cordis, spũum substãtiãq; subertat, prius quã concoctio fiat, Nã rationibꝰ supra allatis facile diluitᶜ. Præterea experimẽtis quã plurimis cõfirmatᶜ, ut antea retuli, cõtrariũ potiꝰ esse faciẽdũ, cui potiꝰ credendũ, quam rationi Gal. monet, dũ ait 3. de lo. affe. c. 4. si enim usq; adeo

utile

vtile est experimentum, ut non solum
citra rationem inueniat remedia, verũ
etiam coarguat rationem tanquam a-
perte falsam tantũ abest, ut ratio dog-
maticis sit usui, ut etiam nocere uidea-
tur, hæc Gal. Ad hæc rarissime tur-
get materia, ut ait Hippo. 1. apho. 22.
rarissime igitur purgante medicamen
to uti debemus in principio. Atq; hac
de causa ait Hipp. 1. aph. 24. in acutis
passionibus raro & in principijs pur-
gantibus medicamentis utendum, &
hoc cum præmeditatione faciendum.
Tum propter quas Gal. recenset cau-
sas in comm. eiusdem aphor. & 2. de
vict. acut. t. 11. tum uero quia Hip. 4.
de uict. acut. 44. sic ait. Ventrem ab
initio clisteræ duces, sed medicamen-
ta purgantia non adhibebis, nam si vẽ
trem moueris, urina non maturabitur
febrisq; citra sudorem, & iudicationẽ

in lon

in longum protrahetur, hæc ille. Præ
terea hic morbus vt omnium senten-
tia comprobatur, analogiam siue or-
tum habet a sanguine. At peccato exi
stente in sanguine: si catarticũ detur,
maiorem facit ebullitionem, Auic. te-
stimonio, quippe qui ex 4. 1. c. 4. sic
ait. Multoties præterea ex hausto Me
dicinæ ille qui minui debebat, perue-
nit ad febrem, & æstuationem, hæc
ille. Quam quidẽ Auic. sentẽtiã quam
plurimis euẽtibꝰ comprobatam vidi,
& si Gal. 4. de sanit. tuẽ. dicat. Quod
si quis vel propter ætatem, vel timidi-
tatem, permittere se medico ad sangui
nem detrahendum nollit vllo modo,
huic deijcienda largius aluus est. Nã
hactenus credendum authoribus exi-
stimo, quatenus experientia eorũ dog
mata comprobentur. Sin minus, mag
no cum ægrorum detrimento, eorum
asserta deffendemꝰ. Has igitur ob cau
 sas

ſas, purgãtia medicamenta in princi
pijs horum morborum non exibend
credo. Sed vbi iam apparuerint quæ
dam coctionis ſigna, factaq; ſi opu
fuerit, ſanguinis miſsione. Illud vero
quod Fracaſtorius aſſerit l. 3. de cont
gione c. 5. & 6. mihi potius imagina
rium, atq; ut ita loquar, ens rationis
quam reale videtur. Hoc uidelicet eſt
Quia ſi contagio extrinſecus orta fue
rit, non affuerimusq; circa initia, nul
lo modo dandum eſt pharmacum, v
quia ſeminaria contagionis diſperſa
per corporis ambitum verſus cor, int
masq; corporis partes reuocet. Veru
ait, ſi corruptio intus nata fuerit, & nõ
extrinſecus illata, adfuerimusq; circa
initia, ſecure catartico vtemur. Nam
dicat nobis quæſo dñs Fracaſt. quo in
ſtrumẽto, quo lydeo lapide, quo ratio
cinio, qua ue inſpiratione cognoſce
mo cõtagionẽ, intus ne nata fuerit, an
extri

xtrinſecus allata? Siquidē notas qui-
9 hoc magnũ inuentũ dignoſceretur
onſcribere tenebatur. Vt pote quod
rim9 fuiſſet tāti portēti inuētor. Ni
cœlit9 ſibi reuelatũ dicat. Præterea
ebres, quæ cũ pũcticulis eueniũt: etiã
extrinſec9 earũ cauſa aduenerit, nõ
e cordi, humorib9q; circa cor exiſtē
b9, cõmunicata ad circũferētiã uene
ca qualitate generãt certiſsimũ arbi
or. vt ait Auic. 1. 4. tract. 4. c. 1. dũ
c ait. Et quãdo faciunt neceſſario vir
tes agētes cœleſtes, & virtutes patiē
s terreſtres, humectationē vehemē-
aeri: expellũtur vapores & fumi ad
ſum: & ſpargũt in ipſo, & putrefa-
ũt ipſum cũ caliditate debili, & quã
o fit aer ſecundũ hũc modũ, venit ad
or. Quare corrũpit complexionem
iritus, & putrefit quod circundat
ſum ex humiditate: & fit caliditas

 egreſ

egressa a natura, & spargitur in corpo
re tunc propter causam suam, & fit fe-
bris pestilentialis.] Quibus verbis lu-
ce clarius cōstat Fracastoriū hallucinā-
t. Nec nos tedeat Auic. loc, bis refer
re, nā vt græca paræmia vtar: δὶς καὶ τρὶ
τὸ καλόν hoc est, bis terq; referendū pu
chrum. Sed ad rem. At si ita est: qua-
re illos qui sunt in cētro, humores pu
gante medicamento nō subducemus?
Si nil fuerit impedimento, quominu
exiberi catarticum posit. At qui for-
te dices, quia consequenter ad id quoc
vacuatur, trahentur etiam contagio
nis seminaria, a circunferentia ad int
ma corporis. Sed hoc diuerticulum
est. Possumus enim fructionibus, ne
non alijs remedijs, ea ad extima reuo
care. Adhuc contra commentitiū Fr
castoris arcanum, ratio ipsa insurgit
nam si vitio aeris hæc lues venefica cō
muni

municatur, quare relicta inſpiratione
qua aerem fere in alteratum attrahi-
mus, ad tranſpirationem recurrit, vt
ex eius dictis deducitur: Nam per cu-
tis tranſpiramenta intruſus aer, adeo
eſt paruæ molis, vt facile naturæ cor-
rectionem ſuſcipiat, ſi ei qui inſpira-
tione attrahitur, comparetur. At ve-
ro ſic hoc certum eſt, vt vere eſt, non
abs cute, quin potius abs corde, ſemi-
naria cõtagionis incipere, eſt neceſſe.
At forte veſtem illam nobis obijciet,
quam ſe vidiſſe tradit Veronæ, anno
milleſsimo, quingenteſsimo, decimo
primo, non minus viginti quinque Teu
tones ſucceſsiue interfeciſſe. Nam v-
no defuncto, alter veſtem ſeſe indue-
bat, atque alio mortuo, alius. Vt quia ſe
minaria contagionis, per cutis poros,
cordi cõmunicabat. Cui reſponſum
volo non, vt ipſe affirmat: cordi con-

tagionem fuisse communicatam: quin potius per vapores, vi caloris eleuatos, aeriq; commistos: inspirationeq; sæpissime attractos, contagionem cõmunicatam existimo. Præterea Hip. 2. de nat. hu. tex. 2. & 4. de inspiratiõe mentionem facit, cum de morbis epidemicis & communib9 loquitur, post habita Fracastorij transpiratione, ait enim tex. 2. sic. Vbi multi vno morbo homines corripiuntur eadem tempestate, causam illi attribuere debemus, quod est maxime cõmune, & quo præcipue omnes vtimur: id autẽ est, quod spirando attrahimus, hæc ille. Item t. 4. sic. At vero vbi morbus vnus vulgetur; plane uictus in causa non sit, sed quod spirando haurimus. Hactenus Hippocrates. Quam sententiam fert atque confirmat Galenus primo epid. sect. 1. & 1. de diff. feb. cap. 4. in

pro-

prohœmio. En igitur quo pacto de-
ceptus eſt Fracaſtorius aſſerens: con
tagionis ſeminaria tranſpiratione in-
trudi, reſpiratione poſthabita. His
igitur præmiſsis, ac probatis, tota Fra
caſtorij machina de purgatione & ſan
guinis miſsione corruit. Etenim ſi
cor, atque ſpiritus, primo per inſpi-
ratum aerem contagionis ſeminaria
recipiunt: nullatenus id quod Fra-
caſtorius timet, nos perterrere de-
bet. Quin potius vt maiori cum fi-
dutia catarticum exibeamus, adhor-
tatur. Verum enim uero quamuis
hucuſque de expectanda in humori-
bus coctione ante pharmaci exibitio-
nem locuti fuerimus, non id circo
arbitrandum eſt, vt aliqui eruditi viri
credunt: nunquam niſi in declinatio
ne eo vtendum eſſe, niſi in materia tur
geat. Nam ſi humoris adſit magna

repletio, virtutisq; nō affuerit robur, indeq; naturæ casum timuerimus, mi-
norāda erit materia in principio, pur-
gante medicamento, Gal. decreto. 2.
apho. 29. cuius hæc sunt verba. Circa
initia vero illorum morborum, in qui-
bus speramus ægrotum conualiturum
tentandum est, maiora afferre reme-
dia: de quibus Hip. dixit, si quid vide-
tur mouendum, moue. Sunt autē hæc
maxime quidem venæ sectio, nonnū-
quam vero & purgatio: quorum neu-
trum oportet morborum consistente
adhibere. Vt enim in lib. de crisibu-
manifestauimus: coctiones morborum
tūc maxime fiūt. Vt igitur hæc citius e-
ueniant, melius est, circa principia e-
uacuare, quo minorem iam factam ma-
teriam facilius natura possit cōcoque-
re, hæc ille. Multa poteram eiusdem
referre loca pro huius decreti confir-
mati

matione : sed quia breuitati studeo, sciens ommitto. Quæ quidem donatꝰ Antonius ab alto mari adducit, tracta tu ꝓprio đ potione minoratiua. Quare si hæc: quam supra retullimus, caussa, quæ nos accelerare medicamenti exibitionem faciat, non adsit: non nisi vtilissimum censeo concoctionē expectare: eiq; opitulari medicamentis: & remedijs ad id valentibus. Naturamq; iuuandã, non quidem his, quos syrupos medici vocant: sed potius cibis qui hac polleant facultate: dulcibꝰ videlicet. Nam proprium illis est: cõcoctionem adiubare, vt ait Gal. 5. de simpl. med. facul. c. 35. his verbis dulce vero cõcoquit, laxat: rarefacit. Hoc tamen facito, si non facile dulcia in bilem vertantur, nam sunt quibus facillime in bilem vertuntur. Præterea cõcoctionem molieris, modica frictione,

nec non moli lecto, atque quiete, cæterisque adiutorijs, quæ Galenus denumerat. Primo epid. sect. 2. tex. 44. his verbis. Iam maturationes efficere calfacientia mediocriter omnia obscurum non est, tum cibos, tum fomenta, & cataplasmata, frictio item modica: & balneum huius sunt generis. Hæc Galenus. Hæc omnia ægrotis administranda pro humoris maturatione sunt, balneo excepto, vt quia huius morborum generi summe aduersetur frigiditate, quam fugere fere est impossibile. Item ijsdem remedijs coctionem molitur idem Galenus libro de const. artis Medicæ c. 19. & pluries alibi. At vero cum bilis adsit abundantiã, atque eferuescentia, plurimi asserunt, aquæ frigidæ exibitione illiꝰ cõcoctione adiubari, iusta illud Auicennæ prima quarti tractatu secundo, c. 7 dicen

dicentis. Humoris autem cholerici digeſtio, eſt vt connerſus a ſua ſubtilitate fiat ſpiſus, & aqua quidem frigida facit illud. Hæc ille. Ex quibus verbis colligunt frigida medicamenta, vt ſirupus acetoſus, cichoreæ acetoſæ, nec non id genus alia concoctionem adiubare. Cæterum mea quidem ſententia, multum hallucinantur, nam frigiditas tantum abeſt, vt concoctioni opituletur, vt potius ſemper coctioni cõtraria ſit. Vt aſſerit Gal. 3. de victu acutorũ com. 29. nã cõcoctio ſemper fit a calido teſte Ariſt. 4. meth. c. 2. & Gal. lo. & tex. nuper citato, atq; pluribus aijs in locis. Quare id quod Auic. ubi ſupra cõcoctionẽ ſeu digeſtionẽ appellat, potiꝰ quãdã alteratio nẽ dictitãdã aſſero, quã proprie cõcoctionẽ. Fallũt' etiã aſſerẽtes cõcoctionẽ eſſe ſubtilis humoris incraſſationẽ,

& craſ-

& craſsi atenuationem. Nam ſi coctio ſit a calore: neceſſario ſemper incraſſando procedet, ſiquidem proprium eſt calori humidum tenue reſoluere: at ſi tenue reſoluitur, neceſſe eſt, craſſum remanere. Cui ſententiæ Gal. fauet. 2. progn. com. 33. & 1. epid. ſect. 1. com. 25. Verumenimvero cum non cartas conſumere, ſed veritatem propalare, mihi cordi ſit: non amplius immorabor iſthæc recenſens, cum adeo fœliciter ab Ioanne Argenterio: quid concoctio ſit, ſcriptum fuerit 3. techn. vt nil prorſus intactũ reliquerit. His igitur prælibatis, nunc de ſcrupis agere tempeſtiuum videtur. Quos non cõcoctionis gratia, vt quia minime, vt probatum eſt, ei opem ferant, ſed potius alterationis, exibere ſuadeo: quã forte ſuſpicor faciunt. Gal. conſilium ſemper ſequentes 6. de compo. ſecun

dum

dum locos c. 1. rubri. 3. cuius hæc ſunt verba. In pharmacis igitur quæ deglu tiuntur, maxime coniectare oportet, naturam eorũ qui ipſa ſumment: quod enim cum moleſtia aut iniucunde ace ptum eſt, ſtomachum ſubuertit, hæc ille. Quamobrem, quia in his morbis hoc moleſtum ſymptoma ægros cru- ciare ſolet, ab vſu ſcruporum caueant omnes obſecro, vt pote qui nauſeam aſsidue excitare ſoleant, ægrisq; cibi faſtidium afferant. Necnon ad catar- tici vomitionem ventriculum diſpo- nant. Quod ſæpe obſeruaui, dum alio rum more, ijs vterer. At uero ſi ægris iucundi videantur, nihilq; moleſtiæ afferant, eos exibere iubeo, qui acidi- tati præditi ſint. Vt ſcrupus acetoſæ ex aciditate citrij, vel limonum, grana torum, cidoniorum, de agreſta, item violaceus, quamquam acidus non eſt,

atq;

atq; id genus alios offerre conueniet, pro humoris ægroti ue natura, stillati tia siue communi aqua dissolutos. Facta igitur præparatione necessaria in humoribus euacuandis, catarticum detur, pro humoris educendi necessitate, vt si bilis fuerit abundantia. Resc. Mannæ untiã vnam, rhabar vntiã dimid. aqua oxalidis fiat potio, uel si pauperes sint, hac aut simili potione. Res. Tamarindorũ vnt. vnã, diaphœnico nis vntias sex aqua cichoræ fiat potio.

CAPVT DECIMUM de venæ sectione.



VNC VERO de venæ sectione agere tempestiuum est, dubiũq; in huius operis principio propositum

nnnc

nunc denuo diſcutiamus, ut iam nunc ueritate inuenta, nullus ſit dubio locus. Dubium ſilicet eſt, utrum in his febribus uena ſecanda ſit in talo. Dimiſſa prorſus omni uena cubiti. Cui dubio facile ſatisfaciam, ſi prius an uena ſecanda ſit determinauero, nam ſecandam eſſe uenam in omni febre putrida, uidetur ex Galeno 11. metho. c. 15. dum ait. Saluberrimum autem, ut prius diximus, eſt, in febribus uenam incidere, non continentibus modo, uerum etiam omnibus alijs quas putreſcens humor exitat, hæc ille. Ex qua Gal. ſententia, uidetur in omni febre putrida abs cocunq; humore ortũ trahat, ſemper ſanguinem mittendum eſſe, quæ quidẽ ſentẽtia nõ undiq; uidet͛ uera, primo in nulla febre putrida cõuenit perſe ſãguinis miſsio, quæſtionis igitur titulꝯ eſt falſꝯ, ꝓbat͛ antced.
ſi ſan

si sanguinis missio conueniret, aut es-
set ratio: ne febris: ant putredinis, aut
obstructionis: at nullo modo horum
ratione, ergo sanguinis missio nullo
modo est necessaria in febre putrida.
Minor probatur, quia Gal. doctrina,
missio sanguinis non curat putredinē
11. metho. c. 14. non etiam febrem e-
iusdem doct. eodem lib. c. 10. & plu-
ries alibi, nam febris semper refrige-
rantibus, simulq; humectantibus, per
se curatur. Item obstructionem san-
guinis missione non curari constat e-
iusdem G. sententia loco nuper citato
Praeterea aliquae sunt febres, in quibq;
& si sint putridae, non conuenit san-
guinis missio, etiam si adsit uirium ro-
bur, ergo Gal. dogma fallum, proba-
tur antecedens, tum ex Auice. 1. 4. c.
de causo, dicente. Et non flebotomet'
fortasse enim inflamabit eos, & fortas-
se iuua

se iuuabit eos, si fuerit illic turbiditas & rubedo. Item quarta 1. c. 20. etiam asserit in febribus uehementis inflamationis nullo modo sanguinem esse mittendum. Præterea eodem capite dum ait. Et caue tibi ne ægrum ad unā duarum perducas rerum, silicet aut calidorum ebullitionem, aut crudorum infrigidationem, hæc ille. Tum uero Gal. doctrina lib. de curandi ratione per sanguinis missionem, dum ait. At ubi crudi succi exuperant, ante quam morbus inuasserit, caute vacuabit, sed vbi iam febris corripuerit, vti ante monui nequaquam. Præterea lib. 1. de arte curandi ad glau. c. 10. de tertiana notha ait. Quod si sanguinem mittere oporteat, neq; hoc quoq; omittēdum. Præterea quando adest: tum biliosorum, tum uero crudorum abundantia, nullo modo sanguis est mittend9, sed possibile

sibile est, esse isthæc simul cum febre, ergo. Maior probatur, Gal. doctrina 4. de sanita. tuen. dum sic ait. Nam quoniam alij prius quam ad exactum sanguinē nutrimentum peruenit, veluti semicocti sunt, alij prorsus incocti crudiq́ʒ, alij paulo absunt a sanguinis forma. Rursus alij, sanguinis faciendi siue ut ita dicam, sanguificationis, ueluti vltima pars, qui vtiq́ʒ excessu caloris proueniunt. Quorum alij paululū alij pl9, alij plurimum a sanguine recesserunt. Vbi paululum vel citra sanguinem restitum, vel vltra proces sum est, audacter mittēdus sanguis est vbi plus consideratius agendum vbi plurimum in his: nullus omnino mittend9 est. Inspicere vero & quātitat oportet, vt uerbi gratia si bonus sanguis exigu9 sit, reliqus uero succus plurimus, utiq́ʒ in his nullus omnino mittendus est. Sin is quidē exiguus, san gu

guis uero copiosꝰ, audacter mittẽdus ſanguis eſt, hæc ille. Præterea eod. l. ait. At ſi in eodẽ homine reliqua eadẽ ſint, cæterũ in laſſo corpore ſãguis bonꝰ exiguꝰ ſit, crudi humores plurimi; huic neq; ſanguis mittẽdꝰ, nec alui deiectio, aut exercitatio, hæc ille. Atq; iſthæc ꝓ parte negatiua ſufficiãt. Cæterũ contra aſſerit Gal. tum 11. metho. c. 14. dũ ait. Quippe ſi uires eius: qui ex putredine humorũ, ut poſitũ eſt, febricitat ualẽtes ſint, mittẽdꝰ ſtatim ſãguis eſt, ſi cruditas uẽtris nõ ſit, ſtatim morbo incipiẽte. Præterea c. 15. vt in principio quæſtionis diximꝰ. Adhuc auten magis ſi in aliqua febre putrida ſanguis mittẽdꝰ non eſſet, maxime in cauſo, ut pote quia ortũ trahit a ſincera bile, at in hac febre mittẽdꝰ eſt uſq; ad animi deliquiũ, erg. & in quacũq; alia. Maior ex dictis pro parte negatiua patet, minorem probo ex Gal. 1.

 apho.

apho. 23. dum ait. Oportet autem sicu-
ti ipse inquit, viribus integris atq; ua-
lentibus tantam moliri euacuationẽ;
& nos sæpius huiusmodi euacuationẽ
prodesse plurimum experientia didi-
cimus. Nam & in ardentissimis febri-
bus: si vsq; ad animi defectionem, san-
guis mittatur, statim totiꝰ corporis ha-
bitus refrigeratur, & febris extingui-
tur. Plurimis etiam albus citatur & su-
dores emanant: ac quidam eorum ex
ijs sanitati sunt restituti: alli adiuti plu-
rimum, vehementiã ægritudinis absci-
derunt. Addo etiam, quia si in aliqua
alia esset omittenda sanguinis missio:
maxime in ea: vbi adest succorum re-
dundãtia crudorũ, vt antea probaui-
mus: tum Gal. tum etiã Auic. testimo-
nijs, sed in hac siue sit putrida, siue nõ
est conueniens & necessaria, in qua-
cun q; igitur alia. Minor probatur,
autho-

authoritate Gal. 11. metho. c. 4. dum sic ait. Si plures causæ aliquando coibũt, omnib9 per cõtraria occurres: si quidẽ fieri potest, vt & coartatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul: ac lenti humores subsint. In eiusmodi vero causarũ complexu si recte quæ prius cõpræhensa sunt meminimus, cœpisse a sanguinis misiõe conueniet, ac abundantia vacuata, tũ ad extenuãdos vapores venire, ab hoc ad remittenda quæ sunt constricta: & rarefacienda, quæ sunt densata. Atq; isthæc quoad febrem putridã. Verum quoad non putridã etiã probatur minor Gal. decreto 8. metho. c. 4. dicẽtis. Quod si & multi, & crassi, & glutinosi impacti succi sint, quæ hos excipit febris, fieri non potest: vt intra fines diariarum consistat: quãdo ex necessitate, huic in mali succi naturis ea, quæ

ex putredine humorũ accenditur, suc cedet. Nam in alijs saltim tẽperamẽtis quæ in sequentibus exponã, excitari ex talli causa potest citra humorũ pu- tredinem aliqua continẽtis febris spe cies, ac paucis interiectis lineis sic fat. Protacta tamẽ inclinatiõe, suspecta re ditur, quãuis putredinis inditia in pul su adhuc nõ appareãt. Quippe nisi vi tios9 succ9 penit9 trãspiret, necesse est putrefiat, erg. vt transpiret, maiore iã auxilio est op9, ac siquidẽ vel puer, vel senex sit, sanguinẽ detrahere nõ licet, inter has ætates vbi robur ægro nõ de est, secãda vena est, etiã si plenitudinis signa non adsunt, hæc ille. Ex quibus manifeste patet, celebrandã esse venæ sectionem in quacũq; febre humorali Cæterũ quia hãc locorũ Gal. contro- uersiã sedare sit impossibile, ideo eam cõciliare nõ laboro. Sed perpẽdam9

opor

oportet eã, quã Mar. Ant. mõt. aduersus Curtiũ, & Turinũ affert cõciliationẽ quæst. 17. Nã aduersus Turinũ disputans, eo quod nõnulla ex. 4. de sanit. tuen. ad huius quæst. enodationẽ adducat; sic ait. Huius erroris causa est quoniã crediderunt nõnulli præcepta salubria curãdorũ morborũ scopos esse, & curatiuis intentionib9 admiscenda, ne inter has & illas aliquod esse discrimẽ cognouerunt. Inter quos And. noster Turin9 adnumerãd9 venit, dũ in curatiõe febriũ, quæ exputrecẽtib9 succis sunt, omni posthabita tũ febris, tũ putredinis ratiõe, salubria præcepta quæ a Gal. 4. de tuen. valet. ꝓ sanitate seruãda tradduntur, tãquã principes scopos inseruit. Quæ tamẽ multũ inter se differũt, vt facilime ostẽdemus si Gal. dicta quæ. 1. đ tuẽ. valet. legũtᵉ in mediũ attulerim9. 1. enim đ tuẽ. va.

ita habet. Cum vna sit ars, quæ corpori humano tuendo dicata sit: vt alibi a nobis ostensum est, eius primæ ac maximæ partes duo sunt: quarum alterã sanitatis tuendæ, alterã morbi profligandi facultatem appelles, earum contraria inter sese offitia sunt. Ex quib9 infert Montisianus. Si igitur harum Medicinæ partiũ offitia cõtraria sunt & contrarij fines: contrarios etiã esse curatiuos scopos necesse est. Qui alterius partis, alteri conmiscendi nõ sunt hæc ille. Ex quibus manifeste depræhenditur Martij Antonij error. Nã dicat nobis obsecro, si culpata sanitas lassitudine aliqua, se se nobis offerat corrigenda, non nec causæ obscisione curænda veniet? At qui prorsus manifestum credo. Præterea si causam abscindimus, siquidem humor fuerit, nõ nec euacuatiõe, hoc est venæ sectione,

pur

purgatione, vomitu frictione, atque id genus alijs remedijs, quæ Gal. in l. de sanit. tuen. docet, eam abscindemus? maximæ quidem. Addo quod Gal. 8. meth. medendi contrarium asserat, ac Marcus Antonius dum sic ait c. 2. in fine. Quare quæ in l. de sanit. tuē. de huiusmodi temperamentis sunt prodita, ea omnia ad eos, qui febricitare incipiunt, siue id sanationē appellare oportet, siue prouidentiā, sunt transferēda. Siquidē sanamus id febris, quod uā inuasit, etiam si exiguum est. Prospicimus ne quid amplius proueniat adimentes causam, hæc ille. Præterea c. etiam 3. eiusdem lib. sic scriptum reliquit. Verum de his immorandū pluribus non est, præsertim in lib. de sanit. tuen. iam proditis. Sed suffecerit, dixisse reliqua simili modo in febricitantibus esse facienda, quemadmodū

in vstis, & refrigeratis citra febrem fa-
cienda præcepimus, hæc Gal. Ex qui-
bus manifeste colligitur etiam Gal. do
ct. præcepta: quæ .l. de sanit. tuenda,
traddita sunt, etiam curatiuis scopis e
se commiscenda, atque ad eos transfe
renda. Proinde Gal. illud ex .1. de sa-
nitate tuenda, aliter interpretandum
reor, nam si sanitatem integram con-
seruandā susceperimus, similibus eam
seruauim9, vt Gal. atq; omnes medic
præcipiunt. Morbūq; cōtrarijs cura-
bimus iusta illud Hip. Contrariorum
cōtraria sunt remedia. Et Auic. Sani
tas, suo simili conseruatur & morbu
suo cōtrario remouetur. Cæterū quo
nā pacto intelligatur illud Auic. dictū
silicet sanitas suo simili conseruatur.
Quod assumpsit ex Galeno .3. techn
tex. 44. dicere non est locus. Cum v-
nicuique liceat dicere ex Hugone Se-
ner

nensi .3. technes textu cittato. Siquidem nollo, aliorum more, quæ ab aliis traddita sunt iterum transferre, vt inde liber, aliorum laboribus, magnam adipiscatur molem: indeque apud imperitos magis sit in prætio, vt pote qui libros, non qualitate doctrinæ: sed quantitate papyri suscipiat, ac miretur. Sed ad rem. Præterea mirror medius fidius Marcum Antoniũ asserentem aliam esse curandæ lassitudinis, aliã curandi morbi, rationem dum sic ait. Et in eodem libro quarto de sanitate tuenda loquitur, dixit. At si in eodem homine, reliqua eadem sint. Cæterum in lasso corpore, sanguis bonus exiguus sit: crudi humores plurimi, huic nec sanguis mittendus: nec alui deiectio, aut exercitatio: aut omnino motus, aut balneum adhibendum. Hæc ex Gal. ex quibus

su bin-

subinfert quæ mox, paucis interiectis
lineis: sequuntur, quæ videlicet sunt, ex
quibus sequitur, quod Gal. eundē ho-
minem, quem modo nec flebotoman-
dum, neq; purgandum pro tuēda va-
letudine dixit, cum iam in febrem inc-
derit, & flebotomandum & purgan-
dum esse docet, tanta est illarū Medi-
cinæ partium officiorum distātia, hæc
ille. Sed audi quæso, o bone, non n
Gal. audis, l. de curā. ratione per san-
guinis missionem c. cit. sic loquentem
At vbi crudi succi exuperât antea quā
morbus inuaserit, caute vacuabis, se
vbi iam febris corripuerit, vti ante mo
nui, nequaquam, hæc Gal. Quid huic
contraditioni respōdes, noue Gal. de-
fensor? Nonne quem tu flebotomādū
suscipis in methodo curatiua, vt pote
febricitantem, lassam vero in tuenda
valetudine minime flebotomandum
con

contrario modo a Gal. tractari vides?
Quapropter sui oblitum, malo Gal. fa
teri, quam vt eum abs calunia seu con
tradictione vindicem, ab omnibus der
rideri. Erit denique Gal. decreto, san-
guinis missio necessaria in quacunque
febre ex putredine humorum ortum
trahente: tum ratione febris, tũ vero
ratione putredinis: & si non per se: ex
accidenti tamẽ, nam si Gal. verba per
penderimus l. 11. meth. c. 10. manife-
stum nobis fiet, necessarium propter
has causas esse. Nam asserit Gal. in v
na quaque febre putrida, duo se primũ
offerre: nempe tum febrem ipsam, tũ
putredinem. Atque horũ vnunquodque
duo requirere, scilicet quod febris iam
factum est sanare, & quod futurum est
prohibere. Idem & putredini eueni-
re oportet. Atque ab ipsius putredinis
inhibitione semper incipiendum, pri
mumque

mumq; curationis scopum esse idem
Gal. asserit. Quod vtiq; fiet, initio a
sanguinis missione sumpto vt constat
Gal. testimonio .8. methodi .c. 4. vbi
ne prohibita transpiratione, putredo
succedat, atq; augeatur; sanguinem es
se mittendum asserit. Quamquã adsit
humorum crudorũ copia, & nulla ad-
sint plenitudinis signa. Ex quibus pa
tet solutio argumenti retro positi, ete-
nim quanuis sanguinis missio non cu-
ret febrem, nec putredinẽ directe, ex
accidenti tamen isthæc tollit, præser-
uãdo videlicet. Quapropter Galenus
.11. metho. c. 4. citato, ordinem docet
vnicuiq; affectui obiandi, quãdo in cõ
plexu diuersarũ causarũ, silicet corpo
ris coarctatione, exiguorum meatuũ
densatione, multorumq; simul ac len-
torum humorũ copia. Qui quidem or
do a sanguinis missione auspicatur, vt
pote

pote quia multitudine depoſita, obſ-
tructioni proſpicimus. Nã ſi nõ prię
abundantia depoſita, ad obſtructionẽ
eliminandũ te conferas, metus eſt: ne
obſtructionẽ magis impingas, ac adau-
cta obſtructione, infeſtior ſequat' pu-
tredo, ac ex conſequenti febris magis
augeretur attractis ad cutem humori-
bus, vt docet Gal. 11. metho. c. 9. & c.
.10. & pluribę alijs in loc. Quare ma-
nifeſte patet, Gal. decretis, in febribę
omnibę humoralibę, vt ita loquar, ſã
guinem eſſe mittendũ, ſiue putreant: ſi
ue nõ, modo vires valeãt. Quare illud
Gal. ex libro de curãdi ratione per ve
næ ſectionẽ. c. 9. nequaquã verũ eſſe
exiſtimo. Quia ſi ante morbi inuaſio-
nẽ ſanguinẽ mittere nõ formidat, qua
re iã præſẽte feb. eã diſſuadet: vt pote
vbi maxima ſit, vi caloris exuperãtis,
fulginũ ad cutĩ eleuatio, humorũ fuſio
ac

ac eferuescentia, ex quibus putredin
augeri ac febrem maiorem accendi es
necesse. Addo quod melius & faciliu
educantur humores, vi caloris fusi, qu
ante febris inuasionem. Cæterũ qui
Gal. etiam ante morbi inuasionẽ, pra
sente humorũ crudorum abundantia
sanguinis missionem dissuadet 4. d
sant. tuen. operepretium erit, ration
qua ductus est, perpendere: quæ qui
dem mea sententia, sit cũ venia dict
parui momenti est. Nam audiamus i
sum sic loquentem. Quippe incisa ve
na: bonũ sanguinẽ emittit: malũ: qu
in primis maxime uenis circa iecur: &
quod mesenterium vocant, colligitur
in totum, attrahit corpus, hæc ille. C
ius rationis inconstãtia vel ex hoc pa
tet. Fingamus, verbi gratia hominen
cui bonus sanguis & exiguus sit in va
sis hepatis, cordis, & mesenterij: hu
more

mores vero crudi sint in circunferen-
ia intra uenas sanguini commisti: nõ
ne, si sanguis mittatur: sanguinem im
purum: humoribus crudis infectũ hau
riemus: cuius loco succedet alius, attra
ctus silicet ab intimis uasis, bonus atq;
purus? Haud dubie uerissimum mihi
uidetur. Quid? Quod si bonus necnõ
paucus sanguis per uniuersa uasa, tam
intima quam extima: humoribus cru-
dis infectum existat, indeq; tensiua ac
ridat lassitudo, uereuimur ne huic san
guinem mittere? Minime gentiũ, cum
illatum Gal. inconueniens nullaten9
sequatur. Item quia idem Gal. lib. de
sanguinis missione, cap. cit. ante mor
bi iuuasionẽ caute uacuare nos admo-
net in hac dispositione. Præterea fe-
bre præsente, non putrida, 8. metho.
c. 4. cita. adhuc in putrida febre, vt
antea ostendimus, 11. metho. c. 4. &
N si ad

si adsit humorum crudorũ copia, san
guinem mittendũ imprimis docet. Ex
quibus constat Gal. sibi pugnantia in
his dixisse. Cæterum cum hucusq; d
crudis humoribus loquutus sim, opor
tet, Gal. doctrinas monstrare quos i
appellet crudos humores: ne verborũ
homonymia, quis decipi posit. Siqu
dem sæpe tam pituita, quã utraq; bi
lis ab eodem crudi humores, cum nor
a natura victi: ac excretioni sunt para
ti, passim dictitantur. Verum non d
ijs Gal. intellexisse, constat, sed de eo
qui proprie crudus appellatur. Cuiu
expresse meminit. 10. de compositio
ne medicamentorũ secundum locos. c
2. his uerbis. Quod si quis exactius in
terpretari rem uelit, non Pituitosun
humorem, sed qui proprie crudus ap
pellatur: ut plurimum circa Artriti
das prædominari dixerat. Est auten
hic crassus ad similitudinẽ puris cras
si

ſioris, hæc ille. Idē etiam uidere eſt a-pud eund. Gal. 4. de valet: tuen. dum ſic ait. Videas præterea ceu plūbi co-lorem aliquãdo nõnullos habere: rur ſus aliquando ceu miſturã eſſe albi: li-uidiq;: aliquando liuorem ſolum, ſine albo conſiſtere. Ergo eiuſmodi colo-res, crudos dominari ſuccos indicant; qui cum de genere ſunt pituitæ, min9 tamen humiditatis habent, quam ea, quæ publice uocatur pituita: plerūq; vero huic nec lentor ineſt, hæc Gale. Quib9 ex verbis manifeſto colligitur Gal. đ hui9modi humorib9 intellexiſ ſe, nam nullo alio crudorū humorū ge nere præſente, quã hoc, talis apparet color, qualis hic a Gal. depingit'. Ad do quod Gal. l. de cur. ratiõe p ſangui nis miſsionē c. 9. cit. ſic etiã fat': de hu morib9 crudis loquēs. Habebis uero eorū inditiū, tū colorē plūbeū, aut ex

palido albũ, omniaq; porię quã rubrũ tum pulsuum inæqualitatẽ, hæc Gal. Siquidẽ his notis: humores crudos proprie appellatos, dignoscere docet idẽ Gal. Etiam .12. metho. c. 3. sic dicens. ergo febricitare incipiunt nonnulli: vbi maximã crudorum succorũ copiam vna cũ oris ventriculi (quod sane stomachũ vocant) offensione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occasione congesserunt. His & præcordia inflata: & totum corpę ampliore mole, quã pro naturæ modo, cernitur, tum color alijs quidem ad albidius quam pro naturali habitu, & intercute aqua laborantium magis simile, est mutatus. Nõnullis etiã ad nigrię, aut liuidius: quos quidem medici plumbei coloris appellãt. Omnibę pulsus minores sunt, quã pro caloris ratione: præterea obscuri, omninoq; inæquales, sæpe ea inæquali-

litate, quam ex pluribus ictibus colle-
cam, ακηλιδωτοχρ s. Græci vocant: ſemper
vero ea, quæ in vno eſt ictu, hæc ille.
tem aduerſus Gal. prædictã rationẽ
ic. Si impurꝰ ſanguis & multus in va
ſis proximis hepati, & in meſenterio
continεatur: nonne ipſum ad circunfe
entiam trahere ſatius erit, quam ſine
e eum circa præcipuas partes moram
rahere, ubi maximũ imminet mortis
periculum? maxime quidem. Verum
i hoc ita eſt: quare Gal. omnimodam
vacuationem prohibet, tum motũ, ve-
næ ſectionem, alui deiectionẽ, aut fri-
ctionem omnino diſſuadeat? Quã cer
e contradictionem Gal. excuſare ne-
queo. Neque obſtant Gal. verba .12.
metho. c.3. cit. quæ ſic ſe habent. Poſt
adducta de humoribus crudis verba.
Nulli talium ſanguis mitti ſine maxi-
mo diſpendio ſolet, cum tamen vacua
 tionẽ

tionem desiderent: verum nec sanguis
missionem, nec purgationē, sustinent:
vt pote quos sine his, syncope subito
adoritur. Quænam igitur est ratio ta-
libus medendi? Qui cum vacuari po-
stulent, vacuantia præsidia nō ferunt.
Sane nullam aliam his idoneam vacua-
tionem inueni, præter eam quæ ex fri-
ctione paratur, hæc Gal. Quibus vide-
tur innuere: nullo modo venam scin-
dendam esse, vbi crudorū humorum
adest copia. Cæterum hæc Gal. ver-
ba tantum de ijs quos syncope, siue vt
ita loquar, syncopalis febris, infestat.
Nos vero de eis, quibus adest virium
robur, ne huiusmodi symptomate cor-
ripiuntur. Constat igitur Gal. doctri-
na, in omni putrida febre sanguinis
missionem esse necessariam, modo vi-
res valeant, tum ratione febris, tum ve-
ro ratione putredinis. At vero febris

puncticularis; etiam si maligna, atque venefica qualitate afficiat, est tamen semper; vt patet, putredini adiuncta, conuenit ergo in ea sanguinis missio. Superest igitur nunc ex qua vena mittēdus sit monstrare. Cui dubio sic satis faciendū arbitror. Primo in omni pestifera febre, peccato existente in sanguine: cōpetit sanguinis missio, Auic. decreto prima, 4. tract. 4. c. 3. Cæterum quanuis venā ex qua sanguis mittendus sit; non expræsserit: ex cubiti venis faciendam esse crediderim, dummodo Bubo, Carbunculus, aut Anthrax in inferioribus non adsit. Vt explicat Iacobus de partibus loco & capite nuper citatis: cui maximam habendam fidem existimo, propter longam huius morbi experientiam, qui Iacobi tempore, maxime sæuijt: vti ipse refert. Item eidem sententiæ

applaudit Donatus Antonius ab alto mari, c. de febre pestilenti. Præterea Sauonarolla .c. de cura febris pestilentialis, idem affirmat. Possem & authorum testimonia, fere innumera pro huius sententiæ confirmatione, adducere: verum cum vnicuiq; liceat per otium ea legere, referens nõ moror. At qui si in febribus pestilentibus, ab infestissima humorũ corruptella ortum trahentibus; modo sanguinis missio nem aliquid non prohibeat; sangui ex cubiti venis intrepide ab omnibu expertis medicis extrahitur, a fortior igitur in febribus cum puncticulis, v pote, quæ non tanta venenosorum hu morum malitia furiant. Adhuc auten nos qui manũ quoq; vt paræmia vta ferulæ subduximus, experti sumus: v qui ni fallor: plus decem hominũ mil lia: curauimus, semper cubitorum ue
na

nas secuimus, dum modo Bubo in inferioribus, aut Carbunculus, detentiue menses: siue Hemorroides, non obstitissent. Quibus Deo fauente, maximo fuimus remedio, adeo vt fere quingentissima hominum ægrotantiũ pars nõ perierit: cum sæuissimis, tum morbis: tum vero symptomatibus, cruciarentur. Præterea omnes primæ notæ Hispanos Medicos huiusmodi ex cubito venæ sectionem celebrasse comperio. Demptis quibusdam argutulis, qui vt plus alijs sapere videantur, tali venas, sine discrimine secant: eas vero quæ in cubito sunt, cane peius & angue fugiunt: solo Fracastorij portentoso documento docti. Quia silicet si cõtagio extrinsecus allata fuerit, seminaria cõtagionis retrocedent: cordisq; & spirituũ substantiam conficientia, mors necessario, aut maximum vitæ discri-

men sequetur. Siquidem quantũ a veritate distent, supra ostendimus, cum de catartici exibitiõe loqueremur. Addo quia per sanguinis missionem, nõ modo humores, qui in circunferentia sunt, euacuantur, sed etiam ij, qui in partibus interioribus, consequenter ad id quod vacuatur: ad extimas corporis partes reuelluntur: indeꝗ maximũ sequitur naturæ adiumẽtũ. Quod autem dicit: nẽpe flebotomia, sanguinem ab extimis ad ima retrocedere, falsum esse, & a veritate prorsus alienũ existimo: cum contrariũ potius dicendũ, vt reor, sit. Nam dũ sanguis ad intimas corporis partes in quibꝰlibet morbis fluxerit, semper venæ incisione, illum ad exteriores reuocamus: siue adsit in intimis corporis apostema: seu non adsit. Vt in pleuritide, peripneumonia, hepatis, ventriculi ve apostema

ſtemate. Quod verum eſſe cõſtat Gal. doctrina. 4. de ſanitate tuenda loco citato; vbi aſſerit. Si ſanguis mittatur, bonum ſanguinem qui in extimis corporis eſt, emitti, malum vero qui in intimis, remanet ad extima prorſus attrahi. Inde luce clarius, patet, non ab extimis ad ima, vt Fracaſtorius arbitratur, quin potius contrarium, ſilicet ab intimis ad extima: ſanguinem, nec non contagionem reuelli, facta venæ ſectione. Nam quid ſibi vult illud vltimum Gal. vbi ait. Malum qui in primis maxime uenis circa iecur, & quod meſenterium vocant, colligitur, in totum attrahit corpus? Niſi quia ſanguine: vena ſecta, extracto, attrahitur etiam qui in interioribus eſt, ne detur vacuum ad exteriora. Item cum in pleuritide, ſanguis ex eiuſdem dolentis lateris venis detrahitur, re-

re

reuulsionis gratia detrahitur: at si extrahitur reuulsionis gratia, erit reuellendo sanguinis fluxionem ab imtimis ad extima. Nam modos omnes quib9 reuulsio fit: dinumerantes, quos Gal. docet .5. methodi .c. 3. nullo pacto aliter intelligere eam reuulsionem fieri licet, quam ab intimis ad extima, verba Gale. hæc sunt. Reuulsio vero in ijs quæ supra sunt omnib9 deorsum semper agitur: sursum in ijs quæ sunt infra, similiter ex ijs quæ intus habentur ad ea quæ foris sunt, contraq; ab ijs ad illa, hæc ille. At non a superiorib9 ad inferiora, nec a dextris ad sinistra, erit igitur ab intimis ad extima. Quamobrem Herculanũ errasse etiã credo, qui .r. 4. tract. 4. c. 7. ait sanguinem mittendum non esse post variolarum apparitionem, quia materia variolarũ ad interiora retrocedit. Idq; asserunt

om-

omnes Auic. interpretes. Verum mea quidem ſententia, nõ hanc ob cauſam Auic. ſanguinis miſsionem prohibet apparentibus variolis. Sed ne cum natura criſim tentauerit: vacuationẽ adhibeamus iuſta illud Hip. 1. apho. 20. dicentis. Quæ iudicantur & quæ iudicata ſunt integre nec nouare, nec mouere, nec pharmacis, nec alijs irritationibus, ſed ſinere. Item eiuſdem Auic. doctrina conſtat, 4. 1. c. 20. ſic dicentis. Flebotomia quoq; nec euacuatio ventris eſt facienda in die motus ægritudinis, quia tunc eſt dies requieſcendi & inquirendi ſomnum. &c. Ne videlicet præ debilitata natura, op9 perficere nequeat, aut irritata, humores plus iuſto moueat. Cæterum quanuis impar ergo, liceat mihi examinare dubium quodam, quod olim a nõ poſtremæ notæ uiro, oppoſitũ eſt, quod ſic
ha

habet. Apparentibus puncticulis san-
guis nõ est mittẽdus, ergo frustra quæ-
ritur ex qua parte mittendus veniat.
Probatur antecedens, quæ ducere o-
portet, quo maxime natura vergit, eo
ducere conuenit. Vt ait Hip. sed ap-
parentibus puncticulis, natura vergit
ad cutem, ad cutem igitur iuuandus est
naturæ motus, euocandusq;. Cui ar-
gumento sic satisfactum est. Quo na-
tura uergit, eo ducere conuenit, quan-
do recte operatur, cæterum quãdo nõ
recte, nõ modo nõ est imitanda, verũ
etiam prohibendus est naturæ motus,
Hip. ipso docente .2. epid. sect. 2. tex.
28. dum ait. Reuellere si quo nõ opor-
tet, vergat, sin autem quo oportet, ijs
oportet aperire, quemadmodum sin-
gula uergunt, hæc ille. Eadem est sen-
tentia Gal. in enarratione ac pluribus
alijs in locis. At quia ut plurimũ pũcti-
cula

cula nõ critice, sed symptomatice, ut ita loquar, apparere solent: ideo minime abstinendũ a sanguinis missione, creddiderim, nisi iudicio apparuerint. Nec obstat Hip. authoritas .1. đ mor. uulg. sect. 3. t. 24. in historia Metonis. Vt pote qui Metoni, sanguine ex naribus fluente, caput lauit aqua calente etiam si urina aderat cruda, ut naturæ motus iuuaretur, & sanguis affatim ꝓfluerct, ut Gal. etiã docet in enarratione. Nã ut ait Auic. 1. 4. tra. 2. c. 7. sanguis đ genere eiꝰ, in quo nõ expectatᶜ digestio. Quo circa mirũ nõ est, Hip. Metoni caput lauisse, cruda existẽte urina, quia si medicus est naturæ imitator recte operãtis, & natura nũquã potest in morbi principio sanguinẽ commode expellere, erg. nec medic. at qui potest id præstare medicꝰ, ergo & natura. At id medico licere constat Ga. dec. 11. met. c. 14. Quipe si uires eiꝰ qui

ex putredine humorum: ut positũ est febricitat, ualentes sint, mittendus sta tim sanguis est, si cruditas ventris non sit, statim morbo incipiente, hæc ille. Quod etiam innuit Gal. libello quos, & quãdo, & quibus med. purg. opor. c. 8. dum sic ait. Accessiones quoque quo modo euacuandum sit docent, nã dum accessio infestauit: a superiorib9 educes, vbi destiterit, quod intermis sionem dicimus, ab inferioribus detra hes, nam & quæ sua sponte prodeunt hoc modo prodire solent, hæc Galen. Ex quibus manifesto constat, in prin cipijs naturam posse vtiliter sanguinẽ expellere, quem naturæ morum imita ri a medicis, non nisi utilissimum est. Cæterum in alijs humoribus in quib9 concoctione opus est, non nisi præce dente cõcoctione vtiliter euacuari cõ tingit. Quas euacuationes symptoma

ticas

ticas appellant. Vt vide est apud Gal. 4. apho. 24. Siquidem oportet: vt ille ait, coctionem præire, subsequi uero discretionem, postea euacuationẽ, vt bona sit crisis, siue iuditium, verum de his satis. Nam ad locum vnde digressi sumus: nostra conuertatur oratio, operepretium erit. Silicet dũ loquebamur de sanguine mittendo, apparentibus variolis, qua in parte probare nitebamur, humores non ab extimis ad ima, quin potius ad interiori b9 ad exteriora, sanguinis missione reuocari. Quod etiam asserit Auic. 4. 1. c. 20. dicens. A minutione præterea tibi cauere deues super cibi repletionẽ, ne materiam non maturam ad venas trahas, loco eius quod ab eis vacuasti, hæc ille. Vnde luce meridiana clari9 constat, humores non ab extimis ad ima, sed potius e conuerso, sanguinis

misione, reuocari. Nam ij dicant, nô
sic intellexisse huiusmodi sanguinis
seu humorũ retrocessionem, sed qui
materia quæ iam corporis solidis pa
tibus, cutiq; erat impacta, iterũ ad ve
nas retrocedet: atque cum ipso san
guine cōfundetur. Vt innuit Iacobu
de partibus .1. 4. tract. 4. c. 7. Diu
ticulũ est. Siquidem in venis ipsis a
dest sanguis, qui loco detracti, succe
dat: continuitatis ratione prius qua
illa subita venarũ penetratio succed
ab humoribus in cute, seu corporis
lidis, vt diximus, partibus adeo im
ctis, vt forte nullatenꝰ repelli valea
Quapropter Fracastorij, eiusq; seq
cium corruit machina dicentium,
guinē mittendum nō esse: si contag
extra allata fuerit. Præterea ex add
ctis rationibus, perspicuum plane
venas cubitorũ secandas esse; talorũ
dim

mittendas: nisi aliqua adsit particula-
riscausa, quæillas scindere suadeat. Vt
suppræssæ hemorrhoides: menses ue,
atq; huiusmodi alia. Præterea si hu-
mor sæuus atq; veneficus, circa cor, he
par, necnõ corporis alias intimas ptes
in his febribus affligit: facilius reuelle
tur, si sanguis ex cubiti venas detraha
tur, quam si ex ijs quæ in talo, vt pote
quæ remotissimæ sunt. Adhuc autem
in omni morbo acuto, vires maximæ
prosternente: si sanguinis missio ne-
cessaria fuerit: ex ijs partibus facienda
est, quæ ab effectis præcipue partib9
citius humores, tũ reuellare, tũ vacua
re possit. Quod colligitur ex Gal. l. de
cur. rat. per sang. miss. c. 14. vbi san-
guinis miss. nõ ex talo quin potius ex
cubito, in pleuritide faciẽdã præcipit
atq; hãc ex ei9dẽ laborãtis lateris: cõ-
trariã respuẽs, quod vires citra morbi

leuamen deijciat atq; exoluat. Eã ve-
ro quæ ex eiuſdem laborantis lateris
cubito fit, recipit: quod facilius, ac ci-
tius ſanguinem, qui ad membranã co
ſtas ſuccingentem defluit, tum vacuet:
tum vero eius fluxum reuulſione inhi-
beat. Quod etiã Gal. ipſe teſtatur. 2.
de ratione victus in morbis acut. t. 10.
At febris cum puncticulis morbus eſt
acutus: ac virtutem maxime poſternẽs
in quo vt antea monſtraui, neceſſaria
eſt ſanguinis miſsio: faciẽda igitur eſt
ex partibus quæ affectis directius atq;
citius reſpondent. Sed partes primo
affectæ in his febribus, ſunt cor atque
eius partes circunſtantes, non nũquã
vero & ipſum cerebrum, facienda ig-
tur eſt ſanguinis miſsio ex venis cubi-
torũ: vt pote quæ relatis partibus ma-
gis in rectum reſpondeant. Vt cõſta
Gal. decreto, tum libris de a anato. ac
miniſ

minis. tum uero loco & textu nuper citato: atque pluribus alijs in locis. Item Fracastorium summopere miror, qui sanguinis missionem adeo timuit, ut non ratione morbi, sed tantum plenitudinis: sanguinem mittere suadeat. Cum nõ modo plenitudinis causa: verum etiam tum febris, tum vero & putredinis, necessarium esse hucusque probauerim ex Gal. sententia, modo vires ualeant in omni febre humorali, vt sic loquar. Id uero quod ait: silicet maiorem eorum partem, quibus secta fuit vena, perijsse, causam habuisse indicibilem, occultamque credo. Atque illam quam ipse excogitauit, nullis rationibus probari posse contendo. Cũ omnes quos hucusque hac mortifera labe laborare viderim, per sanguinis missionem secundũ morbi uirtutisque exigentiam factam, summopere iuuari ex

rii expertꝰ sim: nullo oseruato discrimi
ne intus ne nata, an extrinsecus allata
cõtagio fuerit. Nã vt ait Farn, insolē
tium morborum, quorũ neq; vis neq;
meditatio cognita est, grauis solet esse
calamitas. Etenim epidemicos mor-
bos accidere sæpe cõtingit, quibus san
guinis missio maxime nocet in aliquo
tẽpore: qui si alio contingant, mirũ in
modũ iuuantur. Itẽ sudoribus alij spõ
tẽ decedunt: alij fere extemplo omnē
iugulare solent. Identidē & alui fluo
re. Atq; id quidē non in causa esse, in
trinsecus: an extrinsecus allata conta
gio, sed potius occulta indicibilisqu
morborũ proprietas, quæ nullo dis
cursu atq; ratione, sed sola experiēti
percipitur. Sãguis igitur si adsit viri
robur, statim inter initia mittēdus est
atq; ijs quidē ex cubiti venis, ex bas
lica videlicet, si phrenitis aut lethar
gu

gus non adsint. Nam his præsentib9 ex cephalica, hac vero nõ apparente, ex media extrahendus est. Quãdoqui dẽ hæ venæ: capiti, cordi, hepati, atq; mesenterio magis in rectum correspõ dent Gal. decreto .li. de cur. rat. per sang. miss. necnon pluribus alijs in lo cis. Sanguisq; non semel, vt nonnulli autumant, sed iterum atq; iterum, pro laborantis viribus extrahatur: nõ ser uato dierum numero, sed vno virium robore, vt ait Gal. 9. metha. c. 5. his verbis. Optimũ igit᷑ factu est, id quod nos semper in re quaq; facere vidisti, statim nõ numero dierũ sed vni viriũ robori in morb. ei9 generis attẽtũ esse quippe quod si seruatũ est, non solum .6. 7. ue, sed etiã sequẽtib9 dieb9, san guis mittẽdus est, hæc ille. Quo in lo. Gal. đ synoch. febr. cuiusmodi silicet sunt, quæ in hac lue eueniunt, loquit᷑.

Cui sententiæ etiam subscriuit Auic.
4. 1. c. 20. Item quod Gal. pluribus in
locis, senibus ac pueris sanguinem mit
tere dissuadeat, eiusq; opinioni omnes
fere Arabes applaudent: sanguinem
auferre haud quaquam timeto. Nã ut
ait Cornel. Cel. lib. 2. c. 10. interest,
non quæ ætas sit, nequid intro in cor-
pore gerat', sed q̃ uires sint. Quãdoqui
dẽ plurimos octuagenarios, plurimos
quoq; bimos hoc morbo laborantes,
uenæ sectione, ab orci portis reuoca-
uimus, modo uires constarent. Hanc
quoq; sententiam similiter approbat
Auenr. 7. coll. c. 3. Item senis Abomo
rem, Auenzoar testimonium adducit,
dicentis. Ego minui unũ meum filium
trium annorum, & euasit a morte. Fa
cta igitur flebotomia, aquam frigidã
exhibere operepretium erit, obserua
tis Gal. documentis, quæ. 9. meth. c.
5. ac

5. ac pluribus alijs in locis traddidit. Verũ ſi adſit bilis feruidæ copia, atq; hanc ob cauſam ſitis urgeat, cõcoctio haud quaquam expectãda erit: etiam ſi Gal. loco citta. id innuere uideatur. Quod ſuadet Auenr. loco nuper cita. & Auic. 1. 4. tract. 2. c. 7. Siquidem frigidæ potu, bilis acrimonia, atq; eferueſcentia retunditur. Quo fit: vt facilius concoctionẽ ac citius admittat, nec non citius, a natura excernatur. Addo etiam quia ſedata ſiti, ſomnus conciliatur: vnde & concoctionem iuuari perſpicuum eſt, ut cõſtat ex Hip. 2. de vict. acu. t. 44. & Gal. in cõ. ac pluries alibi. Nauſea itidẽ quieſcit, ciborũq; abhominatio quodãmodo miteſcit. Sanguine igitur detracto: uti dictũ eſt, ꝓ laborãtis viribus: aqua quoque ſimiliter exhibita, ſi adſit humorũ peccãtiũ diſpoſitio, ad catart. exibitionẽ te cõferes, eo quo ſup. diximꝰ modo.

CAPVT VNDEcimum de Symptomatum Correctione.



VOD SI PVRGAtione peracta, satis siue vẽtriculi caliditas subsequatur, sacchare præsso symptomata conciliare, necnõ frigidæ potione operepretiũ erit, pro vt tibi expedire magis appareat. Cibisq; qui facilis sint concoctionis, optimiq; succi, vti antea docuimus: naturam reficito, necnon sanguinem mittito iterum atq; iterũ, si febris adhuc, viriumq; robur perseuerauerint. At vero si adhuc febre vrgente, vires deficiant: sanguinem non venæ sectione, quin potius cucurbitulis: dorso natibus, maleolis ue, admotis detrahes. Cæterum si suppressæ hemorrhoides diuturnæ; detenti ue menses fuerint: seu

ſeu bubo apparuerit apud inguinum emunctoria: nõ eas quæ in cubito,ſed potius eas,quæ in talo ſunt:venas ſcin dere oportet. Siquidem tum naturæ motus iubatur,tum vero humoris pec cantis non parum, facilius atq; citius extrahitur. Adde quia ſi natura tenta uerit ad inferiores partes humores tru dere, maximo erit nocumento ſangui nem ex cubiti venis mittere. Retracto ſilicet ſanguine, aduerſus cor ſuperio resq; partes: quod quidem maxime vi tare oportet. Attamen abceſſu ſub a la apparente: ſiue parotide retro au res, aut affligente phrenitide, ſiue pleu ritide, nullatenus ex tali venis, ſed po tiꝰ ex eis quæ in cubito ſunt ſanguinẽ mittere oportet,quod affectis partibꝰ magis e directo reſpõdeãt: necnõ ſan guinẽ, atq; cũ eo veneficos humores abs corde reuellãt. At uero vacuatiõe cele-

celebrata, tum venæ sectione, tum ue-
ro catartico: cucurbitulis citra scarifi-
cationem, frequenter applicare opus
est, corpori uniuerso, præsertim tho-
racis parti posteriori. Vbiq; moram
trahere una hora plus min9 ue, pro la
borantium viribus, totoq; morbi cur
riculo eas incessanter fere appellare,
operepræcium erit. Siquidem humo-
res qui in profundis corporis partib9
afligunt, circunferentiam versus attra
hunt: res vtiq; maxime necessaria. Itē
uniuersi corporis frictio linteis pānis
assidue fiat oportet. His igitur absolu
tis, nunc de accidentium correctione,
atq; prauæ & malignæ qualitatis alte
ratione agere, tempestiuum est. Nam
de sudoris irritatione agere non mo-
ror: cum parum aut nihil prodesse ex-
pertus fuerim. Imo vero interdum æ-
grotis nocuisse obseruauerim, febre,
sudo

ſudorificis: magnopere irritata. Niſi tamen natura huiuſmodi vacuationẽ tentauerit. Tũc enim licet: naturæ ſub uenire. Sed miſſa iſthæc faciamꝰ: atq; ad rem, qua de agimus, accedere opor tet. Quare ſi adſint anxietates, ac pe- ctoris conflagrationes, cordi epitema ta intrepide applicato, & ſi quibuſdã ſciolis aliter uiſum fuerit, haud ſcio qua ratione commotis. Siquidẽ ſi om nium doctorũ teſtimonio, in febribus peſtilentialibus ea apponere tutũ eſt, tutiſsimum igitur & in his febribus e- rit, vt pote quæ non tanta humorũ ma litia ſæuiant. Addo etiam larga expe riẽtia compertũ eſſe, ſummopere hæc epitemata iuuare. Cordis igitur regio ni hoc, aut ſimile appones epithema. Reſ. Aquæ meliſſophylli, ros, naphæ & bugloſſæ ana vntiã unã & dim. ſan talorum rub. & oſsis de cor. cer. ana

dra

dramam dimid. vini albi odori untias duas, pulu. diarhod. abb. & diamarg. f. ana dram. unã, misce & lintheo excipe, atq; utere hieme subtepido, & æstatate actu frigido, sæpeq; cordi adhibeto: neq; verearis tamẽ humoris repercussionem, cũ huius medicamenti virtute adeo cordis robur reficiatur: ut fortius atq; perfectius ad alias corporis extimas partes humores uenenatos detrudat. Item quia vt antea retuli: innumeris euentibus: necnõ ipsa rerũ euidentia, epithematum impositione: sæuissima huius morbi symptomata extẽplo sedari conspexi. Ideoq; ijs qui rerũ euidentiam negant, tãtum abest, ut fidem adhibeamus, ut potius irridẽdos existimẽ quã imitandos, docẽte Gal. 2. de motu muscul. post medium his verbis. Qui igitur euidentibus fidem abrogat; sensus est expers,
qui

qui uere de dubijs prompte pronun-tiat, temerarius est: qui autem propter obscuritatem, quæ in eis inest, quæ etiam clara sunt, suspecta habet, de numero est eorum: qui dubitationibus oblectantur, hæc ille. Vnde irridendos illos existimo; ut qui viam alijs monstrare conantes, ipsi sensibus careant. Cum potius sensus euidentiæ creddere satius esset, quam leuissimo cauillo decepti ueritatem negare, maximo ægrorum malo. Multa tamen topica remedia ab Authoribus scripta sunt: quorum nonnulla expertus sum, cæterum parum: aut prorsus nihil prodesse deprehendi. Atq; hanc ob causã eorũ usum, quãuis nõ reprobẽ nõ tamẽ õnino recipio. Cæterũ si cui aliter factitãdũ appareat, p me licebit modo illud Hip. nũquã exciderit dicẽtis. Omnibꝰ te adhoc exerceto, morb.

vt

ut prosis aut saltem nō noceas. Quod videas plurimos gregales medicos, tā- to medicaminū aceruo, ægros impor- tune afficere: ut perinde ac ij aleā qui iaciunt, ad pharmacopolas omni hora papyros mittant: vnde & ægrorū for- tunas perdere absq; necessitate, ac in- terdum salutē offendere non erubes- cant, qui utiq; ut sæpe uideo, magis a- pud imperitum uulgus sunt in prætio: vt pote quod fallātia ac impostura ma- gis gaudeat quā ueritate, sed valeant: ego uero cum ueritatis amatoribus lo quor, hos nugones paruipēdēs. Præ- terea ad cordis nec non spirituū refri- ctionē mirum in modum iuuat huius- modi conditum. Resc. Conseruæ ro- sarū uiolarū & borraginis ana untiam dimidiam pulue. diamarg. f. diarhod. abb. & diatrium santal. ana drag unā marg. præpa. & coralli rub. præ par.

par. ana ſcrup. vnum, oſsis de coode
cerui. nu. 1. foliorũ auri. nu. 4. miſce
& fac conditum: cũ ſaccharis ſuficien
te quantitate. Verum medicamento-
rum alexiteriorũ copia, a pluriũ erudi
torũ virorũ ſcriptis petenda eſt. Quã
do non cartas conſumere, ſed potius
ſaluti humanæ prodeſſe cupio. Pro-
deſt adhuc theriaca ſmeragd. drach-
næ pondere quotidie exibita, aqua
cõmuni aut acetoſæ diſſoluta inſuper
& cordis vẽtriculiq; calor huiꝰ loch,
vt ſic loquar, vſu corrigitur. Reſc. A
quæ acetoſæ & bugloſſæ ana vnt. 10.
ſirupi viol. & exacetoſ. citr. ana vnt.
5. pulueris diamarg. f. drach. 2. miſ-
ce, & vtere. Conſeruam autẽ atq; ſtil
latitiam ſcurzoneræ aquam, tametſi
ſæpiſsime ægrotis obtulerim, nil perſ
picuum cõmodi eis attuliſſe depræhẽ
di. Radicem tamen ſacchare conditã

ægrotis: palati gratia, nã multi huiu
esu delectabantur, propinaui. De b
lo armeno tamen, cũ legitimo carea
mus, nihil affirmare possum, quipp
qui eius vires nõ sum expert9, eiusq
vsum non omnino approbo: quia di
ficile est, verum ab adulterino disce
nere. Vt ait Gal. 1. de antidotis. c. 2
citante etiam Donato Antonio ab a
to mari, c. de feb. pest. & doctissimu
Mathiolus Senensis. l. 5. comm. i
Dioscoridem, c. 73. idem affirmat
Hanc igitur ob causam illius usum: v
antea retuli, non approbo: ne fort
alexipharmaci vice, delecterium ali
quod exibeamus medicamentũ. Po
ro lapis, quẽ Bezoar appellant, a m
quidẽ exhibitus sæpissime, atq; sum
tus in potu, dum hoc sæuissimo mor
bo laborarem, parum aut prorsus ni
hil profuisse depræhendi. Tamet

al

b Arabibus necnon alijs eruditis vi
is miris laudibus extollatur. Forte
uia is qui in occidentalib9 plagis in
enitur: nõ ijsdē polleat viribus ac il
, qui ab orientalibus affertur. Ta-
etsi apud optimos medicos tam Hiſ
alenſes, quã aliarũ ciuitatũ incolas
t frequenter in vſu. Cæterum ſi cui
ngiore experientia docto, aliter e-
eniſſe cõtigerit: licebit vtiq; per me
vti: modo ne ſectæ alicui addictus
erit: ſed tantũ veritatis ardore fla-
et. Quandoquidē nõ ſemel aut bis
perimento correſpondente, ſtatim
edere oportet, medicamētũ hac vel
a pollere virtute. Nã vt ait Gal. l.
ſubfig. emp. ſenſus memoriã, me-
oria experientiã peperit, a qua pro
ne ars emanat: dũ meminim9 quid
quo, quid ante quod, quid poteſt
obſeruauim9. Atq; id quidē vel ſē

per vel

vel plurimũ, vel raro, aut utrouis mo
do. Quapropter si raro, post huius l
pidis assumptionẽ, sudor aut alia qu
uis excretio, febricitantibus eueniat
dubium est, an medicamenti id euen
rit virtute, an potius ab ipsa natura
quod sæpissime contingit. Siquiden
vt ait Gale. Medicinæ præcepta, au
semper uera esse decet: aut vt plurim
nam raro veritatẽ assequi & sæpe fa
li, haudquaquam artificiosum est. C
tera vero amuleta, quæ aduersus pes
feras, malignas ve febres accumula
solent, ab Authoribus petenda, vt a
tea dixi, sunt præsertim Sauonar. l
& cap. ubi supra de feb. pestil. Vsu
vero decocti ex aspera smilace: sarç
parrilla vulgo, guaiaco, aut cynæ ra
ce sudoris excitãdi gratia, & si eius e
perientiam non habeant, non appr
bo: quandoquidem sudorem excita

vt præcedentibus monstrauimus: in
nis febribus tutum non est. Non mo-
do his calidis medicamentis, verum e
iam temperatis: nisi sponte uatura su
dorem moueat. Porrho quãuis lapis
smaragdus apud aliquos sit in vsu: di-
entes, tota sua substantia: omni uene
no contrarium esse, atq; hac de causa
huic morbo opem ferre, dificile credo
esse iuditium. Etenim si quandoq; ex
hibito hoc lapide, morbus symptoma
ue mitescere contingit, nõ ideo seque-
ur, lapidis virtute id euenisse. Quem
dmudum nonnulli autumant. Siqui
dem vt plurimum contingere debe-
bat euẽtus, vt inde fieret iniectio. Nã
llud quod raro contingit: atq; insensi
biliter operatur: simulq; alijs adhibi-
is remedijs exhibetur, quonam pacto
discernetur, ab ipso ne naturæ opitu-
atum esse, an ab alijs quæ simul appli

 cata

cata sunt? Mihi quidē adeo difficil
iudicatu videtur, vt fere nō nisi aflat
diuino iudicandū censeā. Nā nil pr
dest si dixerint, effectū secutum ess
post eius exibitionem, & si raro con
tingat. Siquidem eodē modo: exhib
to ligni cuiuscunq; siue herbæ, cuius
dam ue simplicis aut cōpositi pauxil
lo, licebit utiq; michi, vel cuiusuis:
ta colligere. Nempe hoc assumptun
est, & post eius assumptionem sanita
subsequuta est: aut morbus mittis fa
ctus est: est igitur hoc salutis causa, n
gæ profecto. At si secundum illatur
falsum est: vt certe est, falsum & pri
mum esse necesse omnino est. Aut d
tur diuersitatis ratio, quæ quidē assi
nari nequit. Adhuc autem magis d
sanguinis misione, de purgatiōe, d
frigidæ potu, de epithemate: ac de
que de reliquis remedijs: quorum h

cu

usq; meminim9: experimẽtis quam
plurimis cõstat summopere naturam
iuuari. Atq; & si nõ semper salus sub
sequatur his applicatis, sequitur tamẽ
vt plurimum, atq; id quidem sensibi-
liter admodum, non tamen latẽter ac
potius imaginario, vt sic loquar, sicut
contingit smaragdo, lapidi Bezaar:
innumerabiliq; aliorum alexiteriorũ
turbæ: seu potius aceruo, quæ potius
in fide parentum sunt in vsu quã cer-
tis ac fide dignis experimentis proba
ta. Nam si medicamentorũ uires dig
noscere volumus, experimentis inue
stigandæ sunt, vt docet Galen. 3. de
simp. medi. facul. c. 8. atq; pluribus
alijs in locis. Cæterũ vt cõstet experi
mẽtis ac euentib9, sæpe atq; eodẽ mo
do cõtingat necesse est, vt inde expur
gat experiẽtia, quãdoquidẽ experiẽ-
tia est ei9 q; sæpe et eodẽ modo visũ

 est,

est: obseruatio atque memoria ut a
Gal. loco iam pridem citato. At ver
lib. de subfig. emp. supra citato: pro
batum est, experientiam per sensus a
quiri, siquidem sensus memoriam, m
moria experientiam peperit, vt pate
rationibus supra adductis, cum de sa
guinis extracti colore disputaremus
Valeant igitur hi contemplantes M
dici, qui contemplatione potius, ope
ratione& intellectus, quã ipsa rerun
euidentia persuasi, nos seducere con
tendunt. Porro si cui& hæc quæ dict
sunt, non satisfaciant, quod sibi magi
gratum fuerit, vnusquis& eligat. Si
quidem tantum veritatis amatoribu
istæc dicta sunt, non tamen ijs, qui tã
tũ sapientes apparere cupiunt: de qu
bus Plut. lib. de officio auditoris, si
scriptum reliquit. Ac sunt rursus qu
intempestiuis nugis: ambitiosius qu
pa

par eſt,apud alios accerrima verborũ pugna digladiãtur: oſtentationemq; eruditionis eximiæ prius dãtes: quam accipientes. Atq; in ea re non nullos qui ſuas ſequantur partes vrgendo re tinent magis, quam accipiunt. Qua-propter cnm his ac alijs qui in verba parentum iurarunt: aut vni ſectæ ad-dicti ſunt non contendo. Nam de hu iuſmodi hominibus loquens Gal. l. 3. de different. pulſ. c. 2. comici cuiuſdã adducit hæc verba: nẽpe. Ligna tor-tuoſa nunquam corrigas, virides nec arbor vetus: alio ſi transferas: produ-xerit ſtolones. Etenim ſunt qui quid-uis potius eligant, quam ab aliqua ſe-cta, quam ſemel appræhenderunt, diſ cedant. Sed miſſa iſthæc faciamus, tẽ pus enim eſt, huic opuſculo coronidẽ imponam. Quandoquidem aliorum ſymptomatum, curationẽ, quæ ſimul

cũ hoc mor. euenire solẽt, silicet phrenitidis, pleuritidis, lethargi, carbũculi, necnõ parotidis, docere non curo. Siquidẽ adeo aquam plurimis primæ notæ viris: diligẽter atq; docte tradita est, vt nil supra. Cæterũ vnum hoc admoneo: vt silicet si parotis admodũ dolẽs fuerit, nullo pacto scarificatiõe cucurbitulæq; applicatiõe eã curare tẽtes, quãdoquidẽ magis adaucto dolore, humor pl9 iusto ad partẽ defluit vnde putredo maior excitatur, necnõ ad caput magna humoris copia accẽdet, vnde & phrenitis, letharg9 ac nõ pauca alia lethalia symptomata euenire contingit. Quin potius remedijs curare hanc oportet, quæ simul & dolorem sedare, & humorẽ ad exteriora euocare ac discutere valeant. Quæ quidem summopere iuuare: sæpissime expertus sum. Silicet gallinarum axungia, oleũ amigdalorũ dulcium a

ma

marorumq́: necnõ oleum camælinũ anethinũ: siue alia oleorum genera, quæ vt dixi: sedare dolorẽ, attrahere humorẽ: eumq́ discutere valeant, vt verbi gratia. Resc. Axungiæ galinæ liquefactæ vntias. 2. olei amigd. dul. & anethini ana vnt. 2. & dimid. misce atq́ calidũ actu medicamẽtũ applicato. Quodsi natura segniter ad cutẽ emuntorij humorẽ trudat, operepræciũ erit, aliquod oleũ magis calidũ apponere. Cuiꝰmodi silicet est rutaceũ libiaceũ, aut huiusmodi alia. Quod si per halitũ digeri postema nequierit, atq́ ad suppurationẽ tẽderit: nõ emplasticis medic. pus mouere tẽtaueris Siquidẽ vaporibꝰ ac fuliginibꝰ, a humore venenato ꝓcedẽtes, detẽtis, metꝰ est ne corruptio immedicabilis succedat. Qualẽ forte nõnũquã euenire conspexi. Cæterum quia huius symptomatis quemadmodũ neq́ aliorũ

cura-

curationem hic non statuere decreui:
ideo non plura. Quando vt antea re-
tuli : & eorum naturam & curationē
adeo splendide ab Authoribus abso-
lutam ac traditā inuenies, vt nil pror-
sus desiderare possis. Attamen de do-
loris natura, quāuis a celeberrimis ui
ris satis superq; docte disputatum sit,
non tamē adhuc res ita perspicua ui-
detur, ut intellectus quiescat. Quapro
pter uisum est, nūc de eius natura atq;
causis, quanta maxima potero breui-
tate pro uirili mea disputare. Ac pri-
mum doloris naturam diffiniens Gal.
2. de locis affect. c. 2 . ait. Quippe ut
dolor tristis sensus est, ita uoluptas est
blandus sensus. Vnde constat dolorē
apud Gal. atq; alios omnes Authores
esse tristem sensum: ac ex consequent
patet etiam eidem sensui & dolorē &
uoluptatem accidere. Quapropter o-

p

pereprætium fuerit,natura doloris ac uoluptatis dimissa: ut pote quæ a Gal. recte sit traddita: nũc doloris causam proximam inuestigare, quandoquidẽ aGal. adeo obscure atq; inconstanter traddita est,vt non facile quis percipere Gal. mentem possit, quippequi toties sententiam mutauit: quoties de eadem re locutus est. Siquidẽ .2. de uict. acut. t. com. 1. doloris causas referens asserit. Tunc dolorem fieri cum continuum soluitur,aut corpꝰ subito ac uiolenter alteratur. Quam alterationem ait fieri,quando corpus calefit, infrigidatur, humestatᶜ aut exccicatur. Quare uidetur omnes has quatuor qualitates primas posse primo doloris efficere.Non quidem soluendo continuum nam causas dinumerans,prius solutionem continui adducit, postea secundum primas qualitates alterationem.

Nam

Nam si tantũ continui solutionẽ proximã statueret doloris causam, sufficeret eã solã afferre, quæ quidẽ solutio ab aliis quã plurimis causis prouenire posset: nempe ab inscindentibus cõtundentibus, pungentib9 ac idgen9 aliis. Quã sententiã postea mutauit, 12. meth. medendi .c. 7. vbi asserit cõtinui solutionem tantũ esse proximã doloris causam. Quin etiam ait caliditatẽ, frigiditatem, atq; siccitatẽ posse dolorem inferre: explosa prorsus humiditate, quã omnino non posse doloris esse causam asserit. Præterea primo de sympt. caus. c. 6. tantũ calorem ac frigiditatem asserit posse esse doloris causas, siccitate atq; humiditate prorsus reiectis. Ad hæc 2. de locis affectis. c. 2. agens aduersus Archigenem, quod doloris stupidi meminisset, probare nititur frigiditatẽ stupo

ſtuporem inducere, ac ſenſus tactꝰ amiſsionem, tantū abeſt vt inter dolorificas cauſas dinumerari poſsit. Quapropter admodū difficile eſt Gal. mētem percipere. Nā modo malā temperiem ac cōtinui ſolutionem cauſan ſtatuit doloris. Modo ſolutionem vnitatis, ac eatenus qualitates primas poſſe dolorem inferre quatenꝰ vnitatem ſoluunt. Quin & qualitates primas dinumerans, nunc vnā tātū, nūc duas: nunc vero tres, nūc deniq; quatuor omnes qualitates: dolorē efficere poſſe cōtendit. Quare videtur Ga. de hac re ſēper dubitaſſe: nihilq; certi ꝓferre potuiſſe. Nā vt ait Comi. cū in dubio eſt animꝰ, paruo momento huc vel illhuc impellitᶜ. Quo fit ut recētiores paſsim digladietᶜ uolētes. G. ſibi ipſi cōciliare, atq; minime erraſſe potuiſſe certantes. Sed ſatius eſſet ueritatem indagare, quam Ga. a calū

nia

nia liberare. Itaq; operepretium nūc
erit: in dubium uertere, utrum solutio
continui possit esse causa doloris. Nā
quod possit, uidetur, primo authorita
te Hip. lib. de loc. in homine dicētis.
Ijs quibus natura alteratur aut corrum
pitur, dolores fiunt. Quæ uerba Gal.
adducit .1. de caus. sympt. c. 6. Item i-
dem Gal. hoc in loco sic ait. Quippe
illud corrumpitur, celeritatem simul
ac magnitudinem immutationis indi-
cat. Sane tactui accedunt magnæ mu
tationes naturæ, a frigidi calidiq; uic
lēto cōtactu, præterea ab ijs quæ qua
sandi, uel secādi, uel distendendi, uel
exedendi uim habent, hæc ille. Quo
in loco etiam adducit Platonē in phi-
lebo, necnon intimæo. Præterea om-
nia Gal. loca, quæ nuper adduximus,
id probant, silicet 12. meth. c. 7. 2. de
loc. affect. c. 2. & 2. de uict. acu. t. cō.
1. & .1

a. & 1. de cau. sympt. c. 6. ac pluribꝰ
lijs in locis. Item Auic. 2. 1. doct. 2.
um. 2. c. 19. Præterea rationes qui-
us probatur solutionem continui es
e proximam doloris causam, nõnul
as adducemus, præsertim eas quas a
nicus noster Lemosiꝰ. affert, 12. the
apeut. c. 7. quarum prima hæc est.
Vbi Gale. refert sententiam ex. 1. de
aus. sympt. c. 6. in hæc prorrumpit
erba. Ex quibꝰ hæc ratio: quæ satis
õstãs & fida est, colligi potest. A
uo primum dolor, id proxima cau-
a doloris est: a solutione cõtinui pri
num dolor fit, solutio igitur cõtinui
ausa doloris proxima erit. Secundo
tiam concludit solutionem cõtinui
sse proximam doloris causam, pos-
ea quam Gal. verba ac sententiam
efert ex lib. de inæquali intemperie
Necnon Arist. 6. topic. c. 3. adducit
Q defi

definitionem doloris, cõcludit inquã hoc modo. Concludo itaq; proximã doloris causam esse continui solutionem. Cuius etiam rei non minimum est argumentum: quod a forma doloris sumitur, quæ in pathemate consistit, & vt ita dicam, in ipso fieri: at intemperies licet inæqualis sit: est ex genere permanentium: solutio vero in ipso fieri essentiam suam habet, vt ex ipsa rei euidentia cuilibet notum est. Hæc ille. Cæterum has L. emosi rationes infirmas ac deceptorias esse facile depræhendere licet. Nam ac primã negatur minor: quæ sic habet: A quo primum dolor fit, id proxima causa doloris est: hæc est maior: sed & minor hæc. A solutione continui primum dolor fit. Quam propositionem falsam esse ostendemus, cum A uenr. positionẽ defenderimus, quam
ce

certe verissimã credo. Secunda Le-
nosij ratio frigida satis atq; incõstãs
st: nã dũ ait, ab ipsa doloris forma
on minimũ sumi argumentũ, quod
licet dolor in pathemate consistat,
oc est suã essentiã habeat in ipso fie-
i, intẽperies uero licet inæqualis: sit
x genere permanentium, solutio ve
o in ipso fieri essentiã suam habeat.
ed quid ais bone vir? Quænam hæc
rgumentandi ratio? nempe. Dolor
abet suam essentiam in fieri, & so-
utio continui habet suam essentiam
n fieri, est ergo solutio continui do-
oris proxima causa. Præterea dum
is, malã tẽperiẽ non posse esse proxi
nã doloris causam: quia dolor est ex
s quæ in ipso fieri suã essentiam ha-
ent: mala autẽ temperies est ex per
nanẽtiũ genere: duplici peccas erro
e, nã quãdo aliquid est in fieri: causã

 effi-

efficientem actu existere necesse es
Siquidē quod actu agit, agit per su
formam, & quod agit per suam for
mam, est per suam formam, & quo
est per suam formam, actu est. Itē m
lam temperiem asseris ex genere pe
manētiū esse, solutionē vero cōtinu
habere suum esse in ipso fieri, quo
quam absurdum sit, nemo vel noct
cinis oculis non videt. Nam quema
modum datur mala temperies fact
ita & solutio continui datur facta, &
quēmadmodum datur solutio cont
nui in fieri, ita mala temperies in fi
ri. Præterea quænam est ratio, vt i
deo solutio cōtinui sit immediata d
lori causa: quia vtrumq; dolor silic
& causa suam essentiam habet in ips
fieri: frigiditas vero: calor, siccit
& humiditas eam habent in facto e
se: quasi vero ea quæ in fieri sunt,
ru

rum q; sunt in fieri: ea vero quæ sunt
n facto esse, eorũ quæ actu existunt
antummodo esse possint causæ: me-
ũ delirium. Cæterum nescio quid in
urib9 obgãnit9 sentio postea quam
sserui omne agens existere per pro-
priam formam, videtur enim senten
ia hæc aliquãtulũ duriuscula. Nam
posset quis redarguere sic. Si qualita
es agũt & existunt per proprias for
nas, habent igitur proprias formas,
tq; tũc sic colligere possent. Habent
proprias formas, ergo substantiales,
ut accidentales, at nõ primum quia
i sic, essent qualitates de prædicamẽ
o substantiæ, quod implicat: non i-
em secundum, quoniã tunc esset pro
essus in infinitum. Etenim si qualita
es haberent formam accidentalem:
unc quærent vtrum illa forma sit ac
idens existẽs actu, qnod minime ne

 gare

gare posset quis. At qui tūc posset ad
uersarius eodē modo colligere: nec
non interrogare, procedereq; in in
finitū. At vero vt nulla remaneat ar
gutulis fringultiendi occasio, sic diffi
cultatē soluo. Quando formā esse in
qualitatib9 assero: non eam quā phy
sici simul cum materia prima ponun
quam substantialē appellant, nec cū
materia secunda: quam accidētalem
vocant, intelligo: quin poti9 propria
ac intrinsequā rationem, quæ illis
formæ vice datur. Habent enim om
nia accidentia rationem quādam in
trinsequam, qua & a substantia diffe
runt, necnon inter se. Quādoquidē
quamuis vulgatissimum est inter phy
losophos hoc anxioma, accidentis es
se est inesse, aliud profecto esse magis
propriū ac intrinsecum habent: quo
vtiq; sunt accidentia. Sed ad rē. Pec
cat

cat præterea amicus noster, dum asse rit, qualitates habere suum esse in facto esse. Quia si hoc ita esset: sequeretur nullam qualitatem, dum est in ipso fieri: posse qualitas appellari, consequens est falsum, falsum igitur & antecedens. Nam si dicat, tantum ille qualitatis gradus qui inductus est, appellari & esse qualitatem, eum uero qui futurus est, minime: eadem ratione potero aduersus eum insurgere, atq; probare solutionem continui habere suam essentiam in facto esse. At vero quoniam multum, cum hac ratione, tum vero alijs quam plurimis, a vero deuiauit amicus Lemosius: ideoq; multa indigeat censura, operepretium duxi, nunc supersedere, atque in finem vsque tractatus hoc opus differre. Quo in loco opinionem Auenr, firmabimus, ac

pro virili tuebimur: quam omniū ve-
riorē credo. Itaq; hoc ad præsens di
misso, domini Valesij opinionem, a
harenam vocemus, nam quamuis do-
ctissime ac fœliciter satis a doctissi-
mo viro quæstio absoluta fuerit, ha-
bet tamē nō nil quod aliqua egeat c-
sura. Ait siquidem 5. controuersiar
c. 5. dolorem quando q; fieri a solu-
tione continui, quandoq; uero a ma-
la temperie. Quare vt eius mens me-
lius intelligatur, verba ex eodem ca-
pite transferre visum est, quæ sic ha-
bent. Sane Auic. & omnes eius asse-
clæ: fieri posse dolorem intemperie
quin fiat solutio profitentur: quod ta-
men non dicerent, si solutio sentiri
posset. Nam vt de illorū doctrina d
cam, nil certe sensus non erant exper
tes: sed neq; nos ipsi, qui semper con-
tinui solutionem fieri dicimus in par

te dolente, ſolutionem cognoſcimus ſenſu, ſed ratione, igitur continui ſolutio non eſt ſemper cauſa doloris efficiens, tamen eſt ſemper neceſſario coniuncta cum dolore, hæc ille. Ac nonnullis interiectis lineis, ſic tandẽ fatur. Veruntamen negamus perpetuo dolorẽ ſolutione fieri, quoniam nec ſemper ſolutio ſentitur, cum dolor fit. Itaq; hæc eſto regula. Quãdo ſolutio ſentitur, dolor fit a ſolutione: quando non ſentitur, fit ab intemperie, tamen cum ſolutione, hæc ille. Quam etiam ſententiam nittitur probare Gal. protuliſſe. Quod an ita fuerit, mox apparebit. Primumq; inueſtigemus, nam verum ſit dolorẽ quãdoq; fieri a ſolutione continui: quandoq; a mala tẽperie. Cæterum ut veritas magis elucceſcat: rationes perpẽdamus oportet, prima hæc eſt. Si ſo-

lutio cōtinui sēper esset causa doloris
sēper sentiretur solutio cōtinui, quo-
ties sentiretur dolor, sed non semper
solutio sentitur: nō igitur solutio cō-
tinui est semper causa doloris. Cuius
rationis vis admodum languida est
Nam maior propositio falsa est. Nā
non quotiescunque effectus perfici-
tur sensu, toties & causa percipi sen-
su est necesse, vt in pluribus effecti-
bus videre est. Præterea quia etiam
si maior esset vera, minor negari pos-
sit ab aduersario asserente solutionē
continui esse semper immediatā cau-
sam doloris. Quandoquidem dice-
ret solutionem continui a tactu: sen-
tiri, tamen visum effugere quemad-
modum alia quam plurima. Quare
domini Valesij ratio nihil concludit
& quia secundæ rationis vis: a pri-
mæ veritate pendet, ideo soluta pri-
ma

ma vtramque corruere necesse est. Præterea dum ait, dolorem quamuis non semper a continui solutione fiat, tamen semper cum continui solutione fieri: magis magisque in scopulum impigit. Atque vt recte procedam, modumque expeditius dissoluam, Auenrois opinionem in medinm adducam: ac validissimis rationibus & insolubilibus eius veritatem demonstrabo. Quapropter visum est, eius verba transcribere clarioris doctrinæ gratia, quæ hæc sunt Et quælibet qualitatum passiuarum potest dare accidens hoc membro, propterea quia istæ qualitates ꝓ maiori parte habent plus pati, quam agere, sicut caliditas & frigiditas plus habent, agere: quã pati. Et solutio continuitatis nõ est causa doloris, sicut dicit Gal. sed solutio cõtinuit. est causa

causa complexionis, quæ facit dolorem, quod est, quia solutio continuitatis est cũ malo motu: & conueniens est vt talem motum sequatur mala cõplexio. Nec sunt etiam causæ doloris duæ res simul, videlicet solutio cõtinuitatis, & caliditas & frigiditas, sicut dicit errans Auic. quod est, quia declaratum est iam in lib. de anima, quod iste sensus sentit primo inter sẽsus omnes, silicet quatuor qualitates, hæc ille. & c. Quæ sententia vt summatim dicam, in duas resoluitur præcipuas rationes, quarum prima est. Ab illo fit immediate dolor quod immediate mouet sensũ tactus, at tactũ immediate mouẽt tãtũ qualitates primæ, a q̃litatib9 primis fit ergo immediate dolor, quare solutionẽ cõtinui ait nullo modo posse proximam esse causam doloris, quia sensile cõmune

nul

nullo modo mouet ſenſum niſi me-diante ſenſili proprio. Secunda ratio eſt. Sicut ſe habet oculus ad colores, & guſtus ad ſapores, & auditus ad ſonos, ſic ſe habet tactus ad primas qualitates, ſed oculi non dolent, niſi cum ſit coloris exceſſus, neq; auditus niſi cum ſit vehemens ſonus, & ſic in ſingulis: ergo dolorem non percipiet tactus niſi exuperantibus primis qualitatibus. Atq; hactenus Auenr. rationes. Quare ad dominum Valeſium redeo, vt illius opinioni ſatisfaciam. Itaq; dum ait, dolorem quandoq; fieri a ſolutione continui, & quandoq; cum ſolutione continui, quæro vtrũ ſolutio illa continui & mala temperies ſint ſimul in eadẽ parte, an in diuerſis? Si dixerit in eadem parte, tũc ſic colligo. Si ſolutio continui & mala temperies eſſent ſimul in eadẽ parte,

te,

te, daretur, quanti diuisio in om-
nem suam partem actu. Conse-
quens est impossibile: ergo & ante-
cedens erit impossibile. Probatur
sequella. Dolor est in parte secun-
dum se totum, & vbicunque es do-
lor, ibi est mala temperies, ergo
mala temperies est in parte dolen-
te secundum se totam. Quo posi-
to, sic concludo. Mala temperies
est in parte dolente secundum se to-
tam: at vbicunque est mala tem-
peries, ibi est solutio continui, erit
ergo solutio continui in parte do-
lente secundum se totam. At qui
si hoc ita est, erit quantum diui-
sum in omnem suam partem, quod
est impossibile, insuper aliud seque-
retur impossibile. Nam si hoc ita
esset, eadem pars esset actu conti-
nua & diuisa simul eodem tempo-

re: consequens est impossibile, ergo & antecedens. Probatur sequel a. Pars dolens habet longitudinẽ, latitudinẽ, & profunditatẽ: sed vbi cunque fuerint hæ tres demensiones bi est corpus, quod est quantitas continua, ergo quæcunque pars dolens est continua: at si pars dolẽs st continua: & in illa parte secundum se totam est solutio continui, vt antea monstrauimus, erit igitur pars dolens, secundum se totam, soluta & continua. Verum enim vero si dixerit, non in eadem parte esse malam temperiem, & continui solutionem, sed alium locum sibi vendicare hanc, illam vero lium, tunc sic colligo. Frustra fiunt per plura: quæ possunt fieri per pauciora, ergo frustra ponitur solutio cõtinui simul cũ mala tẽperie, vt do-

dolor a mala temperie fiat. Probatur
consequium. Frigiditas aut caliditas
per se possunt efficere dolorē, & hæ
possunt adesse sine præsentia solutio-
nis, possunt igitur efficere dolorem
sine præsentia solutionis. Maior con-
cessa est a doctissimo Valesio: & mi-
nor est per se nota, bona igitur colle-
ctio. Præterea ait, sed nec illud ex di-
ctis carebit euidentia cum intempe-
ries per se est satis magna & ingruēs
subito: & præterea solutio etiam sen-
tiri potest, duos in eadem particula
dolores excitari: quia dico sensus tri-
stes sint: cū sint dico, quæ contristent.
Non parua eget consideratione, si-
quidē si hoc ita esset, sequeretur duo
accidētia solo numero differētia pos-
se esse simul in eodē loco: cōsequens
est falsum: falsum igitur & antecedēs.
At qui minor sumpta est ex Aristo.

2. methaph. maior eſt manifeſta, er
go collectio bona. Quandoquidem
manifeſte patet: ſi duo dolores ſint
diſtincti in eadẽ parte: ſilicet & qui
ſit a mala temperie, & qui ſit a ſolutio
ne continui, illatum inconueniens ſe
qui, niſi maluerit authot alteri, alte-
rum locum cædere. Quod percipere
nullo modo poſſum, nã ſi ambo do-
lores ſun æquales, quonam pacto al
terum alter e loco pellet? at forte; ſi
duæ cauſæ ſimul æquales dolorẽ fa-
cere potentes adſint, nullo modo do
lorem poſſe inferre contenderim.
Nã ſi duo dolores nõ poſſunt ſimul
eidem parti adeſſe, vt antea monſtra
uimus: non eſt maior ratio, quare v-
na cauſa dolorem inducat, altera ve-
ro ſileat. Quare ſit, vt minime dolor
ſiet præſentibus: tum mala temperie
tum vero continui ſolutione, quan

tinuis maximis. Præterea dũ Auẽr
taxat ac irridet, quod dixerit solutio
nem continui causam esse malæ tem
periei, quia est cum motu. Immerito
quidẽ id fieri arbitror, nam Auẽr.
non cũ motu esse simpliciter, ait, con
tinui solutionem, sed cum malo mo
tu, hoc est cum motu, ipsi naturæ di
conueniente ac contrario quẽ sequi
tur mala temperies; non ratione mo
tus simpliciter, sed mali motꝰ. Quod
ex eius verbis manifestum fit. 31. ca
3. collig. quæ hic transcribere nolui
breuitati studens. Etenim non adeo
amentem putandum arbitror, vt in
re adeo perspicua cæcutiret. Præte
rea dum asserit Galeni opinionem
etiam esse, malam temperiem etiam
posse dolorem inferre absque conti
nui solutione, aut saltem si hoc non
expresse dixerit, nullibi tamen huic
sen-

ententiæ contrarium affirmasse, vi-
letur 4. de simpl. med. facul. c. 1. id
ere expresse affirmare, dũ ait. Eun
em in modum frigida quæ contra-
unt, nondum tamen contacti cor-
oris continuitatem diuellunt, frigi
a dumtaxat sunt, haud etiã morda
a. At quæ supra quãdo cõtrahunt
iã cõuellunt, ea vtriq; omnia uiolẽta
ondensatione vtuntur, quo circa
mordatia apparent. Igitur sub-
ctam materiam cõtrahere, & con-
ensare, frigidi semper proprium
t: fundere autem, atque liquare,
lidi: vtriusque vero immodera-
us aucti, communis est mordica-
o. Etenim quæ summe frigida: ca
daque fuerint, præter omnes alias,
uas modo memorabã, raras molles
artes, cute etiã nr̃ã inuadũt. Quib9
erbis & sinõ admodũ expresse vide

 tur

tur Gal. asserere calorem necnon fri gididatem continuum soluendo dolo rem excitare. Etenim quid aliud est subiectam materiam conuellere, præ terquam quod contrahunt eam ha qualitates, nisi quia continuitatē so uunt? Præterea sermo Galen. magis perspicuus redditur, si priora verb perpenderimus, dū ait. Frigida qua contrahunt, nondum tamen conta cti corporis cōtinuitatem deuellunt non esse mordacia: cæterum quando non modo contrahunt, sed etiam co uellunt, mordatia esse. Quibus ver bis Gal. manifeste videtur affirma re, qualitates primas solutionem cō tinui inferēdo, dolorem efficere. A vero hanc vel illam fuisse Gal. opi nionē, demōstrare supersedeo, quan nō Gal. opinionem defendere, quin potius veritatem indagare proposu

Qu

Quo circa hæc, quæ hucuſque dicta ſunt: non edepos contradicendi ſtudio ſed veritatis, quam omnibus præfero: amore, dicta ſunto. At vero vt quæſtio prorſus abſoluatur, ad locū vnde digreſsi ſum9, reuertam' oportet, ſilicet dn aſſerebam9, dolorē nō ſolutione continui effici poſſe, quā Auenr. ſententiam protulliſſe 3. de coll. ca. 31. nemo nō nouit, quod ſic probatur. Dolor eſt ſenſus rei contrariæ: vt ait Auicenna ſecun. primi doctr. 2. ſum. 2 c. 19. at cōtinui ſolutio nulli eſt cōtraria, dolor igitur nō eſt perceptio, ſiue ſenſus: ſolutionis continui. Minor probatur. Solutio cōtinui eſt priuatio, ſed priuatio nulli eſt contraria, ergo ſolutio cōtinui nulli eſt contraria. Solutionem uero continui eſſe priuationē, nemo ſanæ mentis negauerit: cæterum priuatio

 dens

nem esse nihil: atq; in nullo prædic
mento locũ habere notius est, quã v
explicari posit. Quãdo nec accidẽs
nec substãtia vllo modo est. At con
traria ambo esse positiua patet ex A
rist. 1. meth. quod de proprie appel
latis cõtrarijs, vt est causa doloris, in
telligit': nã causa doloris queadmo
dũ & omnes aliæ causæ efficientes
gunt ꝓ vt actu existunt, vt antea mõ
strauim9, quod etiã asserit Auenr. 3
de ani. cõm. 4. sic dicens. Et quia re
nõ mouet nisi secundũ quod est in a
ctu. Idem est assertũ 3. phy. 17. & 9
meth. 20. hãc argumẽtationẽ solui
Thad. vel ei9 similẽ in techni, quan
cõdidit Auẽ. hoc modo, vt est apud
Gẽr. quel. 44. extrauag. Solutio cõ
tinuitatis est priuatio formaliter, er
go nõ facit dolorẽ, cõsequẽtia est nc
ta, quia dolere est sentire positiue
D

Declarat etiã exẽplo, si cõplexio na
turalis remoueret a mẽbro sola priua
tiõe, ita quod nulla res poneret: sed
successiue per ptes intẽsiuas abijcere
tur, nõ fiet ex hoc dolor: quia nec pri
uatio nec ipsa forma cõplexionalis fa
cit dolorẽ. Antecedens patet, quã ra
tionẽ, vt prius diximus Thad. dissol-
uit sic, vt ait Gent. dicens ac asserens
priuationẽ etiã, sicut dicimus de cæ-
citate, vnde dicimus esse cæcus: vt di
cit Boet. in diuisionibus. Cui respõ-
det Gent. dum sic ait. Hoc nihil est:
quia illud informare nõ est sic, quod
sit aliqua res informãs: imo est pura
priuatio, sed informare est prædica-
ri in ꝓpositiõe affirmatiua, vt sumit
a Cõm. 5. phys. cõm. 9. & 3. metha.
cõm. 4. Præterea pars quæ soluta est
nõ dolet, dolet igitur pars nõ soluta.
Antecedẽs probat, nã facta diuisiõe

partes quæ remanent sunt continua
in quibus dolor est, quo posito, si
colligo. Si solutio continui esset cau
sa doloris, vbicunque esset solutio, ib
esset dolor: modo sit in parte prædi
ta sensu & nullum adsit impedimen
tum quominus dolor fiat, at hoc es
impossibile: vt supra monstratū est
impossibile igitur est, continui solu-
tionem esse causam doloris. Addo e
tiam quia id quod non est, non po-
test esse alicuius entis causa: solutio
continui non est, solutio ergo conti
nui nō potest esse alicuius causa. A
dolor aliquid est: non igitur potest
esse solutio continui eius causa. Præ-
terea causa & effectus debent esse si-
mul: at vero solutio cōtinui & dolor
non sunt simul: solutio igitur cōtinu
non est causa doloris. Maior est A-
rist. 2. physi.t. 37. & 5. methap. lect.
3. vbi

3. vbi Diuus Thomas Aristo. expli
cans sic ait. Ideo autem oportet om-
nes istos modos per potentiam & a-
ctum diuidi, qui potentia & actus di
uersificant habitudinem causæ ad ef
fectum. Nam causæ in actu particu-
lares sunt simul: & tolluntur cũ suis
effectibus: sicut hic medicans cũ hoc
conualescente: & hic ædificans cum
hon ædificato. Non enim potest ali
quid actu ædificari: nisi sit actu ædifi
cans. Sed causæ secundum potentiã
non semper remouentur cum effecti
bus: sicut domus & ædificator non si
mul corrumpuntur. In quibusdã ta-
men contingit quod remota actione
efficientis, tollitur substantia effect9
sicut in his quorũ esse est infieri: vel
quorum causa non solum est effectui
causa fiẽdi sed essendi, hæc ille. Qua
propter cum dolor sit, vt ait amicus

Lemosius in genere pathematis, necesse est, habeat causam, quæ simu cum eo sit. At qui solutio continui est non ens, vt supra monstrauimus, non est igitur solutio continui causa doloris. Quandoquidem non ens nequit simul cum ente esse. Præterea si solutio continui esset causa doloris, aut esset pars solutionis quæ est facta, aut quæ futura est: sed neutrum est dicendum, ergo solutio continui non est causa doloris. Maior est nota, & probatur minor, nam quæ iam est in facto esse: non mouet tactum, nam habitu præsente in materia, cessat motus. At quæ futura est, minus etiam mouere potest, nam omne mouens mouet, pro ut actu est. Nullo igitur modo, solutio continui erit causa doloris. Nec obstat, si respondeat aduersarius

rius, dolorem non fieri a parte solutionis facta neque futura, quin potius ab ea quæ est in fieri, quandoquidem si facta solutio est non ens, a fortiori & quæ nondum facta est. Præterea quod est in fieri, nil habet præter instans præsens, quod non sit in facto esse. At qui fiet, vt quod nullum habet esse, dum factum est, posſit quando fit, esse alicuius entis efficiens causa per se? Nemo quidem sanæ mentis id dixerit, ommitto quod, si solutio esset causa doloris, daretur effectus nobilior sua causa, consequens est falsum, ergo & antecedens. Sequella ex præcedentibus patet, quandoquidem omne ens: quamuis abiectiſsimum: multis numeris prestantius ac nobilius est non ente. Minor patet nã nullũ agens

agens agit vltra proprium gradum.
Insuper quia omnis causa est prestan
tior suo effectu: atq; nobilior, vt ait
Author de causis 9. methap. & 2. de
anima. Quæ sententia sic interpre-
tatur. Omnis causa nobiliore modo
se sehabet in efficiendo, quã effectus
in prædicando. His igitur rationib9
manifeste patet: continui solutionẽ
nullo modo esse doloris causam, qua
re sit, ut mala temperies omnino sit
causa doloris. Etenim si solutio con-
tinui aut mala temperies tantum pos
sunt esse doloris causæ, efficitur: vt
explosa continui solutione, mala tẽ-
peries sola sit causa doloris. Quod v
tiq; manifestum fiet, si Auenr. ratio
nes adduxerimus, quas noster Lemo
sius adducit 12. meth. c. 7. quas qui-
dem hic transcribere volui, vt solu-
tionem: quam ægregius Gal. Cõmẽ
tator

tator excogitauit, perpendamus, at-
que quam fœliciter id factum fue-
rit, acerrimo iam examini subijcia-
mus. Ait enim sic, Auenroes, quem
postea multi e recentibus medicis se-
cuti sunt, l. 3. coll. c. 31 existimauit,
intemperiem dumtaxat esse doloris
immediatã causam: idq; probat dua
bus rationibus: quas vt exactius con
cludat præmittit has duas Hipposita
les. Vna est solutionem continui es-
se sensibile cõmune. Altera est, qua
litates primas esse sensibile propriũ.
Hinc primum colligit in hunc modũ
Sensibile commune sensum immuta
re non potest, nisi ratione speciei sẽ-
sibilis proprij, ergo solutio continui
non immediate efficit dolorem, nisi
interuentu qualitatum primarũ. De
inde quemadmodum se habet visus
ad visibilia: ita se habet tactus ad tã-
gibi

gibilia, sed visus nil omnino vide-
re potest, nisi fuerit colore imbutũ.
ergo neque tactus quidpiam tange-
re valebit, nisi similitudine & spe-
cie primarum qualitatum, ex ijs col-
ligit intemperiem esse proximam do
loris causam, hæc ille. Cæterum si
Aueurois rationes perpenderimus,
omnino veritatem demonstrare, re
periemus. Quas Argutulus noster
prorsus insolutas reliquit, etiam si
magnopere contendit eas nil con-
cludere. Quare oportebit eius ver-
ba etiam transferre, vt eius argutia
percipiatur: ac prorsus euanescat.
At qui verba Lemosij hæc sunt. Su
perest modo vt obiectionibus Auen
rois respondeamus: quas nil con-
cludere palam demonstrauimus.
Primum supponit falsum, vnde suas
rationes componit, quæ etiam fal-
sæ

ſæ neceſſario euadent, dato nanque
vno abſurdo, multa alia ſequuntur.
Supponit nanque, dolorem eſſe ſen-
ſibile commune: quod quam ſit fal-
ſum, ſic probo. Ariſtoteles capite
ſexto lib. 2. de anima, agens de ſenſi
ibus communibus: doloris non me-
minit: enumerauit motum, quietem,
numerum, figuram, magnitudinem
& præter hæc, vnum, libro tertio
eiuſdem nominis capite primo. Hæc
lle & alia quam plurima in illa diſ-
poſitione, quæ quidem ſciens om-
mitto. Quando quidem tot ſca-
ent erroribus ac abſurdis, vt ſigil-
atim ea dinumerare, me pudeat. Si
quidem, o pulcher, quæ obliuio?
Quæ te tenet Cataphora? Vt pri-
mum dicas, Auenroem ſuppoſuiſ-
e pro hypotheſi: ſolutionẽ continui
ſſe ſenſile cõmune; poſtea vero non
nul

nullis interiectis lineis, ais ab illo su[p]
positũ esse, dolorẽ, nõ continui sol[u]
tionem: esse sensile cõmune: quod v[…]
falsum, extirpare ac cõuellere cõna[…]
ris: & dũ hoc absurdum firmare atq[ue]
tueri tentas: in maiora absurda te i[p]
sum inuoluis. Siquidẽ asseris dolor[…]
esse sensile propriũ, quod quã verum […]
sit, postea, sermone procedente, mõ[…]
strauimus. Quapropter nunc nostr[…]
interest, probare solutionẽ continu[…]
esse, cõmune sensile: vt asserit Auẽr[…]
Quod sic probo. Solutio continui
per te, est sensile, ergo proprium au[…]
cõmune, at non propriũ, cõmune i[…]
gitur. At vero non esse sensile pro[…]
prium, vel tuis verbis patet dum A[…]
ristotelis adducis definitionẽ sensili[s]
proprij. Siquidem solutio cõtinui a[…]
pluribus percipitur sensibus. Quan[…]
doquidẽ, solutio continui: sub nume[…]
ri ratio[…]

i ratione percipitur. Quod vtiq; ma
nifestũ est, nam soluta vnitate statim
quod sub vni9 ratiõe a sensu percipie
batur, sub duorũ ratiõe percipitur: si
ue triũ, siue quattuor, pro vt in plures
aut pauciores partes continuũ diuisũ
st. At que si vnũ, siue vnitas, tua sen-
tẽtia, sensile cõmune est, quare duali-
as, trinitas, quaternitas, atq; id gen9
lia sensilia cõmunia nõ erunt? Præ-
terea dũ ait solutionẽ continui mini-
me a alijs sensib9 percipi, qua talis est
isi a tactu. Magis a vero deuiat. Nã
sub ratiõe causæ doloris a tactu per
pi contẽdat, falsum est: vt supra mõ
rauimus. Si vero sub numeri ratiõe
dhuc etiã est manifeste falsum. Si au
sub ratione partiũ positionis, falsũ
uoq; esse necesse est. Siquidẽ eadem
tione a visu: & a tactu solutio conti
ui percipietur, vt cuilibet manifeste
atet. At vero cũ sub nulla alia ratiõe

percipi posſit, præter dicta cõtinui ſ
lutio, luce clari9 omnibus erit, Lem
ſiũ deceptũ eſſe, dũ aſſerit ſolutione
cõtinui, qua talis eſt, nullo modo a
alijs ſenſibus percipi: præterquã a t
ctu. Nã certe ali9 modus exprimi
quit, quo ſolutio cõtinui percipi po
ſit, vt antea dixi, aut ſi eſt, libenter a
eo, vel abs quouis alio, audiã atq; r
cipiã. Præterea mẽte aſſequi minin
poſſum, quid ſibi uult reduplicatio
la, qua talis eſt, nã ſi primas qualitat
aſſerat, nullo modo ab alijs ſenſib
percipi: quatenus tales ſunt, inep
prorſ9, ac inutilis reduplicatio. Siq
dẽ primæ qualitates nullo modo ab
lijs ſẽſib9 percipi poſſunt, ſilicet ne
qua tales: neq; qua nõ tales. Quan
quidẽ, ſi guſtu mediãtibus ſaporib
percipi cõtendat, nil prodeſt, nã ſa
res tunc tãtũ ſenſu percipiuntur, q
litates vero primæ diſcurſu, vt vide

eſt apud Gal. l. 4. & 5. de ſimp. med.
facul. Præterea ſi ſolutionẽ cõtinui in
telligit, etiã reduplicationẽ reſpuo. Si
quidẽ vt antea mõſtrauimus, ſolutio-
nẽ cõtinui & a tactu & a viſu eodem
modo percipitur: ſilicet ſub ratiõe di
uiſionis vnitatis, aut mot9, aut partiũ
poſitionis. Quapropter argumẽtum
quod ſequitur nil cõcludit: ſilicet dũ
ſic ait: vbi nõ eſt perceptio cauſæ do
loris, ibi nõ eſt dolor, ſed in alijs ſenſi
b9 nõ eſt perceptio cauſæ doloris, cũ
nõ percipiant qualitates primas neq;
ſolutionẽ cõtinui, quaten9 tales ſunt,
in alijs ergo ſenſib9 nõ fit dolor. Cui
rationi reſpõdeo, negata minori, quã
doquidẽ adeſt & alijs ſenſibus cauſa
nõ raro, qua & oblectẽtur, & doleãt
naturæ ſuæ ſorte. Quãdoquidẽ nõ o-
p9 eſt: omnes ſẽſus eodẽ modo dolorẽ
percipere, nã dum ait alios ſenſus nul
lo modo dolore affici: eo quod non

percipiãt cõtinui solutionẽ: neq; qua
litates primas, male colligit. Nã qua
uis totũ illi cõcederet᾽: silicet cõtin
solutionẽ & qualitates primas tact
dolorẽ inferre, nõ ideo sequitur ab
lijs sensibus minime dolorẽ percip
Siquidẽ si hoc ita esset, sequeret᾽ et
nullo modo ab alijs sensib9 lætitiar
percipi. Nã si illi licet illo modo col
gere ex causis doloris, licebit vtiq; m
hi ita de causis lætitiæ colligere. V
nõ est perceptio causæ lætitiæ, ibi n
est lætitia: sed in alijs sensib9 non e
perceptio causæ lætitiæ, cũ non per
piant qualitates primas, neq; vnion
continui, quaten9 tales sunt, in alijs
go sensib9 nõ fit lætitia. Ridicula c
te argumentatio, ac prorsus tãto vi
nõ digna. Proinde Auenr. opinion
recipiẽdã ac multis nominib9 laudã
dã crediderim, quãdoquidẽ ration
quib9 firmatur, adeo sunt firmæ, v
fac

acile illis intellectꝰ acquiescat. Quas
rtiq; quãuis soluere connetur amicus
Lemosiꝰ, nullo modo dissoluit. Siqui
ẽ primã hypothesim Auenr. cõstat
olutionẽ continui esse: sensile cõmu
e, non dolorẽ: vt ei falso Lemosius
nponit, in quo dupliciter pecat. Pri
no quia mentẽ Auenr. non assequit.
ecũdo quia asserit: dolorẽ esse sensi-
propriũ. Quod etiam duplici scatet
rrore. Primo quia ait: dolorẽ esse sẽ
le, secundo quia ait, esse sensibile cõ
nune. Quod quã falsum sit, iã mon-
rare aggredior. Dolor non est sensi
, ergo nec propriũ neq; cõmune, an
cedens probo. Nulla sensatio senti
ur: sed omnis dolor est sensatio, nul
s igitur dolor sentitur. Dolorẽ esse
nsationẽ, constat manifesto ex Gal.
de loc. affe. c. 2. cũ dolorem ibi tri
ẽ sesum definiat. Item Auic. 2. 1, dõ.
sum. 2, c, 19, cit, ait. Dolor est sensi

bilitas rei contrariæ. Maior proba
Siquidē ſenſatio eſt perceptio alicu
ſenſibilis, at illa perceptio non eſt ſe
ſibilis: ſenſatio igitur non eſt ſenſib
lis. Addo quia ſi ſenſatio eſſet ſenſi
lis, eſſet proceſſus in infinitum, con
quens eſt abſurdū: abſurdū igitur
antecedens. Sequellā probo. Quāc
cunq; ſentitur aliquod ſenſibile: fit
ſatio quæ omnino differt ab illo ſen
bili, at ſi illa ſenſatio ſentitur, erit m
diāte alia ſenſatione, quo dato itē c
ligo illā ſecūdā ſenſationē, alia tert
mediante percipi, & ſic in infinitum
Præterea ſenſatio nullo ſenſu perci
pitur: ergo non eſt ſenſibilis. Proba
tur. Primo non viſu cū non ſit colo
neq; lux, non auditu cū non ſit ſonu
non olfactu, cū non ſit odor, non gu
ſtu cum neq; etiam ſapor, non tactu
cum neq; aliqua ex primis qualitat
b9: nullo igitur ſenſu percipitur. O
mitt

mitto, quod quanuis dolor esset sensi
bilis, adhuc integra manet Auenrois
hypothesis, silicet continui solutionē
esse sensibile cōmune, ac proinde nul
o modo posse esse causam proximam
doloris. Etenim si hoc ita est, vt vere
est: nullo modo continui solutio per-
cipi potest, a tactu nisi sensibilis pro-
prij interuentu. Quam quæstionem
silicet, an sensibile commune percipi
valeat absq; proprio, quanuis vt diffi
cilem dimisserit Dominus Valesius,
paucis tamen determinare, posibile
est. Nam per omnes sensus facta in-
ductione, manifestum fit, nullo pacto
percipi posse. Quam sciens ommitto
vt pote quia breuitati studeo, cū cuiq;
liceat eam condere. Sed audiamus a-
micum nostrum Auenr. opinionem
sic depopulantem. Itaq; prima hypo
thesis Auenr. falsa est: quoniam do-
lor est sensibile proprium tactus: vt

probatum est. Altera vera est, mod
intelligatur ad voluptatem pereipie
dam. Ex ijs constat primam ration
nihil concludere: quod ex falsis sum
tionibus colligatur. Altera vero co
cludit ad voluptatem percipiendam
non tamen ad dolorem sentiendum
Hæc ille. Cæterum quia prima rati
ex veris sumptionibus vt monstrau
mus, deducitur, manifestũ est veru
concludere. Præterea dũ ait, secunc
rationẽ concludere in ijs, quæ letit
efficiunt, non tamen in illis qui do
rem, legunlatorũ more loquitur, n
vllã est assignare rationem, quare se
sibilia quæ voluptatẽ efficiunt: du
versus habitũ secundũ naturã temp
ramentũ mutant: non etiã dolorem
ficient; si in habitũ præter naturam
lud immutent. Nam fingamus corp
ris temperamentũ, a medio versus
lidũ, duobus numeris distare, reduc
tu

tur a suo contrario subito ad mediocritatē iisdem numeris, tūc voluptate affici corpus, modo pars sensu prædita sit, nemo est qui ambigat. Cæterū sit uerbi gratia: corp9 temperatū, ad sit subito contrariū distrahens tēperamentū confertim uersus calidū, frigidū ue iisdem duob9 numeris, non ne tristem efficiet sensationē, siue ut ait Auic. rei contrariæ sensibilitatē? Sane id quidem. At si tristē sensum, seu rei contrariæ sensibilitatem adesse fatemur: dolorem adesse necesse est omnino. Quādoquidē argumentū a definitone ad definitū constās est. Addo etiā quia contrariorū eadem est disciplina, ut silicet si a bona temperie fit immediate lætitia, a mala fiet immediate dolor; atq; si qualitas reducens ad mediocritatē est immediata causa uoluptatis, eadē distrahens tēperamētū erit utiq; immediata causa doloris.

Nec est quod nos perterreat cauillũ leuissimũ, quo deceptꝰ est amicus Lemosius, quod ab Argent. sufuratꝰ est ac tãquã portentũ quoddã de suo penu, dũ ait. Si enim intẽperies causa esset immediata doloris, qui fit, ut in febre ardentissima ubi est maximꝰ caloris excessus: febriens ipse nõ sentiat dolorẽ? Cur etiã non fit, ut in æstu ingenti exteriori dolorẽ perciamꝰ, quẽadmodũ a minima cutis diuisiõe? Cui docte satisfaciet Gent. quæst. 44. extrauag. dũ sic ait. His præmissis: dicamꝰ quod solutio cõtinuitatis hoc modo est causa doloris, nã sensibilia sensu tactꝰ naturaliter occurrere debent a determinatis superficiebꝰ, uerbi gratia, a cuti, quæ est hymen & gradatin eorũ alteratio debet prouenire ad alias partes: & sic etiã de sensibilibꝰ ab intra occurrentibus, quia determinatis partibꝰ debent occurrere. Cũ er-

go cultello ſcindit' caro occurrunt ſẽ ſibilia ad ſuperficies ſiue ꝑtes ad quas non debebant occurrere: & ideo omnia quæ occurrũt, ſunt improportionata & inconueniẽtia & malã permutationẽ facientia, & ſic accidit dolor. Non ergo ipſa diuiſio, quæ eſt, verbi gratia, diuerſificatio, ideſt factio duorũ de vno continuo, eſt cauſa imprimens illã triſtẽ ſenſationem, nec diuidens cultellus vt imprimit & diuidit: ſed imprimens illã malã ſenſationem quæ eſt formaliter dolor, eſt cultell9 vt quoddã tãgibile, & aer qui tangit: & humores qui fluunt: vnde etiã ceſſãte diuiſiõe, quia aer imprimit poſt diuiſionẽ: & etiã humores fit dolor: & tamẽ ille cultell9, vel aer, vel humor, ſi cũ eorũ qualitatib9 tãgibilib9 non excedẽtibus occurriſſent ab extra a ſuperficie cutis alterãdo vſq; ad profundũ, nô feciſſent dolorẽ. Et eadem tan

gibi

gibilia occurrentia ad superficies fa-
ctas in diuisione faciunt dolorē, hæc
ille. Quib9 ex verbis manifeste colli
gitur responsio, quare in febre arden
tissima vbi multa vrget imtemperies,
non sentitur dolor ei æqualis qui sen-
titur a minima cutis diuisione. Etiā si
quāuis non ita acutus sentiatur, senti-
tur tamē suo modo, dolor: præcipue
vero dum febris est in fieri, silicet in
principio & augmento. In solis vero
æstu vehemēti: si friguerimus, nō mo
do non percipiem9 dolorē, verū etiā
lætitiā quo vsq; ad naturalem statū re
ducti fuerimus: quod vtiq; experien-
tia adeo probatur, vt nulla alia egeat
demonstratione. Cæterū si vltra pro
grediatur solis exæstuatio, dolorē se-
qui: nemo non experitur, verum suo
modo, quādoquidem non oportet ta
ctū, quoquo modo organū disponat',
siue abs quouis tangibili immutetur,
sem

ſemper eodē modo affici aut dolore. Quare mirũ non eſt, ſi alio modo abs cutis diuiſiõe, alio a ſole, alio a febre doleam9. Intereſt enim non parũ, integro ne organo, an facta eius diuiſione, ſenſibile accedat. Attamen prius quã huic opuſculo coronidē depingam9, operepræciũ duco quãdam rationē examini ſubijciam9, quã ex Auic. amicus noſter decerpſit. Quam vtiq; ſoluere tentat: ſed quã fœliciter mox uidebitur, ſic enim fatur. Poſtrema ex Auic. ſic colligere poſſumus. Si dolor eſſet ſolum a ſolutione cõtinui, fieret, ut ſolũ pars in qua eſt ſolutio, doleret, ſed dolent aliæ partes, in quibus non eſt ſolutio, quoniã ſi in aliqua cruris particula eſt ſolutio, totũ crus aliquãdo uidem9 dolore affici: & non eſt in toto crure ſolutio. Quin etiã & partes diuerſæ dolent, cũ una dũtaxat ſit diuiſa, ut in dentib9 patet, ubi contin-

git ſanum extirpari, non ſano reli-
cto, dolor igitur non fit ſolum a ſolu
tione continui. Huic reſpondeo, do-
lorem aliquando adeo eſſe intenſum,
ut mentem perturbet, adeo quod neſ
ciat diſtinguere de parte affecta, hæc
ille. Sed proh iupiter, quam popu-
laris ſolutio? Quam oſcitanter exco
gitata ratio? Siquidem Auicennæ
propoſitio non ait, quandoque do-
lere partes in quibus non eſt ſolutio:
imo vero abſolute id aſſerit. Quod
ſemper eſſe, intelligo Auicenam aſſe
ruiſſe. Atque hoc ita eſſe iam proba
uimus rationibus antea allatis; nam
dolor ſemper eſt in parte continua,
nunquam uero in ſoluta. Præterea
ſi reſponſio eſſet uera, Auicennæ pro
poſitio tantum uera eſſet in dolore
ualde intenſo, cum mentis perturba-
tione. Sed hoc eſt falſum, falſa igi-
tur ſolutio. Cæterum falſum id eſſe
ex-

experimento constat. Nam quotidie experimur in paruis doloribus, necnon sana mente, totam particulã dolore affici, quemadmodum asserit Auic. Adhuc autem magis, si dolor adest, aut est in parte quanta, aut in atomo: aut non in atamo, est igitur in parte quanta. Cæterũ si in parte quãta est, aut est diuisa in omnẽ suam partem aut non, at non primum, secundum igitur. Sed pars quæ dolet, est quanta: & non est in omnem suã partem diuisa, erit igitur dolor, vbi non est solutio. At vero si in omni dolore, ut probatum est, hoc accidit, erit ergo propositio Auicennæ, vt sic loquar, non de quandoque, vt egregius Commentator insinuat: quin potius semper vera erit. Vnde constat solutionem esse nullam. Quare cum satis hucusque disputationem protraximus, oportet vtique iam receptui canere

nere, quãdoquidem quisquilias alias, qui soluere cupit, quæ in hac quæstione accidere, solent: consulat Gentilem, plus quam Cõmentatorem Turisanum, necnon alios doctos uiros, abs quibus ueritatem exhauriet procul dubio.

FINIS CVM DEO.

